

Febr
DE Pfxvii-348

VSV LICITO

PECVNIAE,

Dissertatio Theologica.

AB AVTORE

R. P. F. EMAN VELE M AIGNAN

Ordinis Minimorum, Sacriæ

Theologiæ Professore.

Recognita & aucta in hac 2. Editione.



TOLOSÆ,

Apud BERNARDVM Bosc, in
vicō Portæ-Arietis.

M. DC. LXXIV.

Cum Licentiis & Approbationibus.



In hac editione addita est difficultatum præcipue duodecim solutio, ex qua non modo plurimum lucis affertur dictis in priori editione; verum etiam suspicio tollitur, qua putaverant aliqui abusib⁹ exinde occasionem dari: provt expressius Lectori Autor dicit num. 65.



СУНЧАДОСТУП
БУЛГАРСКИ БУЛГАРСКИ БУЛГАРСКИ БУЛГАРСКИ

TYPOGRAPHVS
LECTORI
SALVTEM.

 *Issertationem hanc
Theologicam de
Uſu Licitu Pe-
cunie, Optime Lector,
non sine multis amico-
rum precibus obtinui ab
eius autore videlicet Rene-
rendo Admodum Patre
EMANVELE MAIGNAN,*

TYPOGRAPHVS

Ordinis Minimorum in
Prouincia Tolosæ alias Pro-
vinciali , Philosophia ac
Theologia illustri professore
vix paciente illam typis
edi ; quippe qui , ut aiebat ,
partim pro se tantum il-
lam scripsisset studio reti-
nenda veritatis : partim
etiam quod non esset igna-
rus , materiam circa quam
versatur delicatissima esse
consequentia maximique
momenti , quam usque
nunc grauissimi Doctores

LECTORI.

pene innumeri exacte licet
discussam, vix in integrum
soluerunt; proptereaque
nollet cum iis viris docti-
simis calamum mensurare:
quamuis alioqui existimet
bac dissertatione tolli omnes
difficultates, ac sedari scru-
pulos circa usum pecuniae
fructiferum oriri solitos, ac
talem usum esse licitum,
etiam ex doctrina Diui
Thome solide comprobari.
Ne tamen autoris silen-
tium & modestia, ratio-

TYPOGRAPHVS

num ac probationum in illa contentarum priuatione,
securitati conscientiarum
ac bono publico praeiudicent, illam prelo manife-
stam reddere curauit; quod
Ego feci eò lubentius quo
magis scio autorem nomine
quidem maignanum, pro-
fessione licet ac sensu pro-
prio minimum, tamen
apud doctissimos quoque
viros Ego reipsa maximum
esse ac clarissimum, per
eximia illius opera diuersis

LECTORI.

temporibus ac locis in lucem
edita, qualia sunt, perspe-
ctiva horaria, Roma anno
1648. cursus Philosophicus
primum in 8. Tolosa anno
1653. Et denuò in folio au-
ctior Lugduni hoc anno
1673. Philosophia Sacra
prima pars Tolosa anno
1661. eiusdemque secunda
pars Lugduni anno 1672.
aliaque plurimæ autore
suo digna: cum ergo cuncta
illius opera ab omnibus
eruditissimis viris recepta

TYPOGRAPH. LECTORI.

Et approbata fuerint, hanc
paruulam Dissertationem
Theologicam, pariter à
cunctis benigne recipien-
dam ac approbandam spero.
Hac te volui, Lector op-
time, Vale Et fruere.



• • • • • • • • • • • • • • •

LICENTIA SVPERIORVM Ordinis.

NOs Frater Ioannes Bertrandus Marfaing, fratrum Ordinis Minimorum per Aquitaniem Provincialis Reverendo Patri Fratri EMANVELI MARCHAN, Provinciae nostrae Theologo, salutem.

Visis Reverendissimi Patris nostri Generalis Sebastiani Quinquet patentibus literis, prout eas nobis exhiboisti, datæ Parisiis anno 1667. die 25. Iulij, quibus idem R. Pater tibi præcipit ac non solum permittit, ut scripta tua omnia typis committas: petitioni tuæ, qua nunc postulas assignari tibi à nobis duos è nostris Theologis, qui sicut iubet prædictis suis literis ipse R^mus examinent dissertationē iamdiu à te scriptam Theologicam *de Vſu Licito Pecunie*; libenter annuimus, & ad eum effectum assignamus R. R. Patres Ioannem Vignes, & Bernardum Laroque collegam nostrum. In quorum

fidem &c. Datum in Conuentu nostro
Sancti Rochi ad Tolosam , die 29. De-
cembris, anni 1671.

FR. IOANNES BERTRANDVS
MARFAING, Provincialis.

Approbatio Doctorum Ordinis.

NOs infra scripti. Fratres Ordinis
Minimorum in Provincia Aquita-
niæ Theologi accepto R. P. Provincialis,
ut supra , mandato legimus disserta-
tionem Reverendi Patris EMANVELIS
MAICNAN , de *Vsu Licto Pecunia*, ni-
hilque in ea reperimus quod factæ fidei,
aut bonis moribus repugnet. Agnoui-
mus autem opus tum suo dignum autore,
tum prælo etiam dignum. In quorum
fidem &c. Datum in Conuento Sancti
Rochi ad Tolosam, die 2. Ian. 1672.

FR. IOANNES VIGNES , Theo-
logiæ professor.

FR. BERNARDVS LAROQVE,
Theologiæ professor.

Approbatio Doctorum.

Dissertationem Theologicam *De
Vsū Lictō Pecuniaē*, autore erudi-
tissimo, multisque egregiis, tum Phi-
losophiæ, tum Mathematicarum, tum
Theologiæ editis hactenus lucubratio-
nibus, illustri admodum Reverendo
Patre Emanuele Maignan, Sacri
Minimorum instituti alumno, nos sa-
cræ facultatis Theologiz Doctores ap-
probamus, ac luce dignissimam, & uti-
lissimam iudicamus ad liberandos à scru-
pulorum anxietatibus animos & ad sta-
tuenda officia Charitas, his temporibus
miseris refrigercentis. **Tolosæ, die 4.**
Februarij anno salutis 1672. in cuius
rei fidem præsens testimonium subscrip-
simus in Conventu nostro Sancti Patris
nostrí Augustini.

FR. IOSEPHVS BRVN ET
Professor Regius.

FR. G. PARAYRE, Augusti-
nianus Doctor Theologus.

Facultas Ordinarij.

VI Iso supradicto Doctorum
Theologorum testimonio
huiusce dissertationis Theolo-
gicæ impressionem permitti-
mus. Tolosæ , die 14. Ianuarij
1673.

DE LAFONT , Vi-
carius generalis.

SERIES



SERIES
TITVLORVM
ET SVMMMA
Hujus operis.

PRÆFATIO. SEV propositum totius operis. pag. I

PROPOSITIO I. Rem meam, & mihi per meas operas ad lucrum honestum utilem non teneor alteri, cui ex hypothesi, nihil debeo, tradere utendam gratis quoad omnem & ad aquatam eius utilitatem. 5

Corollarium. Licitum est partem ex fructu sibi seruare. 8

Propositio II. Rem meam, & mihi per meas operas ad honestum lucrum utilem, ut alteri tradam utendam hinc non gratis, hinc servato mihi proprietatis in eam dominio, non est illicitum.

S E R I E S

Propositio III. *Quod lucrum ex usu rei
meæ possum ego licite & per meas ope-
ras habere; non est illicitum, ut per
operas alterius referam deductis dedu-
cendis; nempe deducta potissimum esti-
matione operarum eius.* 17

Propositio IV. *Quod lucrum ex usu rei
meæ possum ego licite per meas operas
habere cum periculo eiusdem rei meæ,
velut mihi perituræ, si pereat; non
est illicitum ut per operas alterius,
cum periculo eiusdem rei, velut illi al-
teri perituræ, si pereat; referam de-
ductis deducendis: nempe deducta
estimatione hinc operarum eius, hinc
periculi; cui se illi exponit, & quo
me ego liberatum volo.* 22

Corollarium. *Consequentia hinc deducta.*
28

Propositio V. *Pecunia usus est non sola
eius consumptio; sed etiam negotiatio.*

29

Propositio VI. *Non est inconveniens ut ego
per meas operas dicar ex natura rei
posselicite lucrari usu meæ pecunie, id
quod licite alius, pars industria, lu-*

TITVLORVM.

erari solet vsu sua per suas operas. 34

Corollarium. Quid de pecuniis otiosis? 36

Propositio VII. Licitum est ex natura rei
cuique hominum, ut vsu sua pecuniae,
retentoque sibi proprietatis in eam do-
minio, lucretur quinque per alienas
operas, & cum alieno periculo; dedu-
ctis hinc pro operis quinque; hinc pro
periculo, etiam quinque: si verum est
quod lucrum soleat esse quindecim; &
operae ad id conductae aliena astimen-
tur quinque, & periculum similiter
quinque, aut alia quacunque propor-
tione. 37

Propositionis VII. Vis & summa. 42

Eadem compendiosius, & expressius. 43

Obiectio I. Discrimen esse inter pecu-
niam, & rem natura sua viilem; nam
alioqui esset fructus industrie non
rei, solvitur. 47

Obiectio II. Iniustum esse lucrum, vbi se-
cura manet sors principalis, solvitur. 54

Obiectio III. Pecuniae usum esse eius con-
sumptionem, soluitur. 80

Obiectio IV. Id esse quasi vendere bis rem
eandem, & rem qua non est eo quod
est.

SERIES

pecunia consumitur usu sicut panis, solvitur.

84

Obiectio V. Hinc quasi dari viam solutioribus opinionibus & quasi nullam futuram esse usuram, solvitur.

98

Obiectio VI. Lucrum hoc esse ex mutuo, adeoque vetitum; iuxta decretum Alexandri VII. de die 18. Martij anno 1666. solvitur.

105

Corollarium. Non tamen ex pecunia lucrum sumere licet anticipato.

128

Obiectio VII. Hoc lucrum esse ex re consumptibili ipso vsu quatenus pecunia non dignit pecuniam, solvitur.

129

CONFIRMATIO. Prædictorum ab autoritate Canonum.

140

Effugium. Quasi facultas Pontificis Innocentij III. sit quid peculiare in favorem matrimonij; alias autem casus non sit licitus.

146

INSTANTIA I. Ex verbis Christi Luca 6. mutuum date nihil inde sperantes, facta, solvitur.

152

Instantia II. Obtenuimus frænandæ licentiae facta, quasi hæc sententia sit periculosa, et si speculative vera, soluitur.

177

TITVLORVM.

- Instantia III. Ex doctrina D. Thomæ facta,
quasi sit corrumpere liberalitatem &
justitiam, solvitur. 187
- Instantia IV. Ex lege Deuteronomij cap.
23. facta solvitur. 201
- MONITVM. Occasione trium difficultatum à
quodam eximio doctore propositarum.
213
- Prima difficultas, ex disparitate inter
agrum, vineam &c, & pecuniam, illa
enim habent potentiam ad fructifican-
dum pecunia vero solum actum, solvi-
tur. 214
- Secunda, ex eo quod erat probandum pecu-
niā habere rationem mercis solvitur.
222
- Tertia, ex eo quod erant specificandi casus
in quibus licitum est fructum ex pecu-
nia sumere & è contra, solvitur. 228
- Auctor Lectori. 231
- Prima difficultas. De dominio proprietatis à
mutuante in mutuatarium vi actus mu-
tuandi non translato, simulque de fun-
damento debiti naturalis, quod est ad
nihil sperandum ex mutuo vi mutui,
238

SERIES.

Corollarium.

273

Secunda difficultas. *De Mutuo & com-*
modato indiscriminatim usurpatis ad
res tum vsu consumptibiles, tum non
consumptibiles vsu: & de Christi ver-
bis Mutuum date, &c. 296

Tertia difficultas. *De comparatione pecunia*
simpliciter, cum ea quae vel conceditur
ad ostentationem, vel ponitur loco pigi-
noris. 317

Quarta difficultas. *De fructu ex pecunia*
ducto à campore; & de fructu ducto ex
alia quavis pecunia: nec non de limita-
tione ad hanc doctrinam afferenda 325

Quinta difficultas. *Quod contractus iste*
Commissionis, prout à me expositus est,
coincidat cum contractu trium. 361

Sexta difficultas. *De autoritate D. Thomæ*
ex opusc. 73 de quo plurimi dubitant,
an si vere D. Thomæ, necne. 377

Septima difficultas. *De Innocentij III.*
decreto prave intellecto; & Panormi-
tani truncata, vt ajunt, autoritate. 388

Octava difficultas. *De cap. Nauiganti;*
& de Bulla Sixti 5, qua incipit detesta-
bilis. 403

TITVLORVM.

Nona difficultas. Quod materiæ morales
non agitentur convenienter arbitrariis,
abstractis, & metaphysicis rationibus;
sed ex Patrum, & Conciliorum do-
ctrina. 413

Decima difficultas. Quod objectiones initio
recensitæ ac solutæ, factæ fuerint ab ip-
so dissertationis autore. 424

Vndecima difficultas. De pecunia per Com-
missionem ad negotiandum accepta, &
tamen data in dotem filiæ: & de viro
principe sortiente nomen commissi res-
pectu hominis cujusdam de plebe. 429

Duodecima difficultas. De similitudine
mutui, quæ videtur aliquibus contine-
ri in Commissione. 436



MARCH 17, 1914



D E
VSV LICITO
PECVNIAE.

P R A E F A T I O.

PROPOSITVM
hic mihi est,
ut promam
explicemque licitum
ex natura rei , ac per
se , pecuniæ vsum ali-
quem non otiosum ;
seu non sine fructu
Maig. De usu Lic. A



2 DE VS V LICITO
honesti lucri : eun-
demque tamen inno-
centem ac immunem
ab omni labe vsuræ,
quam omnino & sem-
per , vt vbiique vitan-
dam censeo , dam-
nante prorsus eam
non solum Scriptura
Sacra ; sed etiam to-
to Iure tum Canoni-
co , tum Civili , ut
nulli non compertum
est. Quod autem di-
co usum ex natura rei,



ac per se licitum ; ideo
dico , quia intelligo
non esse solum per
accidens licitum ; vi-
delicet ratione lucri
cessantis , aut emer-
gentis damni : ratio-
nem enim eius liciti
sumam ex alio tum al-
tiori , tum universalio-
ri principio ; quale
est id , quod locum
habet in omni con-
tractu conducti , aut
locati , aut alio simili.

Atque , vt sit clarior
& efficacior methodus , propositiones
præmittam sex faciliiores : è quibus in se-
ptima subinde concludam , D. Thoma
patrocinante , id quod
intendo ; idemque plu-
rimum confirmabo
respondens obiectio-
nibus.

PROPOSITIO I.

Rem meam , & mihi per
meas operas ad lucrum ho-
nestum utilem non teneor
alteri , cui ex hypothesi , ni-
hil debeo , tradere utendam
gratis quoad omnem &
adæquatam eius utilita-
tem.

SV T me ^a explicem ; in a ^{Expli-}
^{catio pro-}
primis cum dico , *cui* ^{positio-}
ex hypothesi nihil debeo ; sup- ^{nis.}
pono id quod hinc ex natu-
ra rei clarum est ; hinc S.
Thom. num. 19 citandus
docet expresse ; videlicet
non semper , nec omni oc-

6 DE VS V LICITO

Prop. I.

casione teneri hominem, ut mutuum alteri præbeat ; mutuum , inquam , stricte ac proprie sumptum ; sicut illud ad mentem ipsius D. Thomæ explicaturus sum num. 29 , & 32 . Deinde , cum dico *vtendam gratis* &c. intelligo quod non teneat tradere vtendam tali modo ; ut concedam simul rei meæ dominium vtile , quoad omnem , vt dixi , & adæquatam eius utilitatem , seu quoad omnem eius frumentum .

His præmissis probatur propositio.^b Cum enim aliquando saltem , ex dictis , accidat ut liber sim à debito præstandi mutuum alteri

Proba-
tio propo-
sitionis.

cuiquam : & ita quoad id ^{Prop. I.} quidem nihil ei debeam ti-
tulo charitatis ; aliunde ve-
ro contingat etiam facile ,
vt eidem nihil debeam ti-
tulo iustitiae : hinc est , vt
propositionem hanc po-
nam ita circumscriptam ,
existimemque eo saltem
casu (quod solum opto) ve-
rissimam hac ratione ex na-
tura rei evidenter : quia
cum ex facta hypothesi , ni-
hil hic & nunc debeam huic
homini ; seu debito , vt
dixi charitatis , seu debito
iustitiae ; consequens est , vt
neque hoc ipsum illi nunc
debeam , quod est rem
meam mihi ad lucrum &c.
utilem tradere ei sic uten-

8 DE VS V LICITO

Prop. I.

dam gratis, vt ei simul con-
cedam dominium illius vti-
le, quoad eius omnem, ut di-
xi, & adæquatam vtilita-
tem &c. Et sic patet propo-
sitio.

Corollarium.

*e Ergo li,
citem est
partem
ex fructu
sibi ser-
vare.* **P**Roindeque (vt clare
hinc sequitur) c' licebit
mihi, vt partem saltem ali-
quam (scilicet mediocrem,
Sapientum iudicio determi-
nandam) ex utilitate ac
fructu rei' meæ mihi ser-
vem, dum alteri, cui nihil,
ut dixi, debeo, eam trado
utendam. Si namque non
id esset mihi tunc licitum;

tenerer tunc ei , cui nihil ^{Prop. 1.}
tunc deberem , tradere ut-
tendam gratis rem meam
&c. in quo est contradictio.
Quia in primis idem so-
nant, idemque sunt *non de-
bere* , & *non teneri* ; nempe
non teneri debito : ac dein-
de nihil hic & nunc debere;
& tamen hic & nunc debe-
re , id quod est rem meam
tradere &c. sunt clare con-
tradicторia. Igitur &c.

PRO

PROPOSIT. II.

*Rem meam , & mihi per meas
operas ad honestum lucrum
utilem , ut alteri tradam
utendam hinc non gratis,
hinc servato mihi propri-
tatis in eam dominio , non
est illicitum.*

²
d Prob.
quia do-
mum
utile , &
proprie-
tatis se-
parari
possunt.

ROBA T V R , ^d quia pos-
sum alteri dominium
utile rei meæ seu ius utendi
ea concedere ; ac simul re-
tinere mihi ius dominij ,
quod est proprietatis : sunt
enim hæc iura , & hæc do-
minia separabilia ab invi-
cem ; estque ita communis-

fime in praxi. Quod vero
licite possim ego , concessso
utili dominio , retinere mihi
dominium proprietatis erga
eum, cui (ut in i prop. sup-
posui) nihil debeo ; constat
iam ex eadem i prop. qua-
tenus ex ea constat non te-
neri me ad ei concedendum
gratis dominium utile &c.
hinc enim fit , ut multo mi-
nus teneat concedere alte-
rum , quod est proprietatis.
Adde quod , ^e ius mihi est,
ut rem meam , quam non
donavi , sed solum concessi
utendam ; repetam statuto
tempore ; quod nemo nega-
verit. Atqui non est mihi
ius tale , si proprietatis do-
minium in ^e cam rem , aut ei

*e Domi-
nium
propriet.
non di-
mitti, et si
utile
transfe-
ratur.*

12 DE VS V LICITO
similem , sive æquivalen-
tem , non mihi retinui ; sed
transtuli : Siquidem non stat
hoc ius ablato dominio pro-
prietatis ; quatenus eo abla-
to res non est amplius mea ;
& consequenter , si eam re-
peto , repeto non meam :
Istud vero est iniustum , &
illicitum . Ergo dum eam
concedo utendam , non di-
mitto (aut saltem non te-
neor dimittere) ius proprie-
tatis , quod mihi in eam est .
Ergo retinere dominium
proprietatis concessso utili
non est illicitum , ut fuit
propositum .

Dices 1. dum do mu-
tuum , dimitto dominium
proprietatis ad tempus ;
nempe

nempe ad tempus contra-
ctu determinatum ; alioqui
is cui mutuum do, non pos-
set re mutuata libere atque
ad placitum uti eo tempo-
re. Sed contra primo, quia
in his ego profiteor non es-
se mutui contractum ullum.
Contra secundo , quia etsi
in his locum haberet ratio
mutui ; nihilominus ad fa-
cultatem eo tempore ad
placitum & libere utendi,
sufficit per se dominium
utile ; quod nempe totum
est, ut tribuat ius eo tem-
pore utendi libere ; & cui
tota vicissim eo tempore
subditur utilitas. Ergo ne-
cessitas nulla est , ut ei fa-
cultati adsit, vel in eodem

Maig. De usu Lic. B


14 DE VS V LICITO
Prop. 2. subiecto iungatur domi-
nium proprietatis in rem
utendam. Contra tertio,
quia (ut iam insinuavi)
rem meam dum trado solo
mutui titulo, non trado ti-
tulo donati, etiam ad tem-
pus ; non enim intendo
eam ullatenus donare, sed
solummodo mutuare. At
si traderem cum abdicatio-
ne dominij proprietatis ;
hoc ipso eam dono darem;
quatenus hoc ipso re meam
facerem tuam. Igitur &c.

Dices 2. imo in hoc est
mutuum, quatenus fit ex meo
tuum. Contra, quia id non
sic intelligitur ; neque ita
sumit S. Thomas opusc. 73
cap. 3 dum sic ait, Item hoc

significatur *ratione nominis*,
quia mutuum datur, quando
meum vel tuum, mihi vel ti-
bi datur. At meum tibi da-
ri, seu tradi; vel tuum tra-
di mihi, non est idem ac
fieri ex meo tuum, vel ex
tuo meum. Nisi putas
meum dum tibi à me titu-
lo mutui, vel commodati
(iuxta illud Luc. 11. *Amice*
commoda mihi tres panes, &
similia) traditur, simul hoc
ipso tibi à me donari; &
eatenus fieri absolute ac
proprie tuum: nempe tuum
non modo quoad usum,
sed etiam quoad proprieta-
tis dominium. Verum ne
id putas, iam habes id quod
dixi ad 1; & obstat mani-

16 DE VS V LICITO
feste debitum quo teneris
reddere in specie , vel in
pretio , aut alias in æquiva-
lente (sicut conventum
est) id quod solo titulo mu-
tui seu commodati accepi-
sti : prout etiam D. Tho-
mas expressit opusc. citato,
& referam num. 52, dum
ait *In mutuo , dati* (hoc est
non donati , sed mutuati,
seu commodati) *redditio*
designatur , nempe redditio
facienda. At non tene-
ris unquam reddere id
quod aliquando absolute,
proprieque , ut dixi factum
est tuum. Ergo id quod
est *meum tradi tibi* , seu dari
solo mutui titulo , non est
idem ac fieri *ex meo tuum*,

absolute, inquam, & pro-
prie tuum. Igitur &c. Prop. 3.



PROPOSIT. III.

*Quod lucrum ex usu rei meæ
possum ego licite per meas
operas habere; non est illi-
citum, ut per operas alte-
rius referam deductis de-
ducendis; nempe deductæ
potissimum aëstimatione ope-
rarum eius.*

NON enim ^f illi alteri ³ f Prob.
facio iniuriam; si, ^{prop. etiā}
quod illi pro suis operis de-^{de pecu-}
betur, optime solvam: un-^{nia, iux-}
de quia deductis eius ope-^{ta D.}
ris, & industria (quæ sub-^{Thomā.}

18 DE VS V LICITO
nomine operarum intelligi-
tur comprehensa ; quatenus inutiles & nullius pre-
tij forent operæ , si non
simul adiunctam haberent
industriam) cætera , quæ
ex usu rei meæ proveniunt
(quanquam nonnisi indu-
stria mediante aliena pro-
veniant) mea naturaliter
sunt ; quatenus industria
illa ipsa , mea est ; ut-
pote pretio à me empta.
Ergo mihi non est illicitum
ea recipere. Porro quod
dixi , **ex usu rei meæ prove-
niunt &c.** intelligo etiam si
res illa mea , sit pecunia :
nam & ratio , quam dedi ,
est universalis ; & in specie
de pecunia , est hæc D.

Thomæ doctrina expressa
clarissima opusc. 73 cap. 11,
ubi exponens quomodo in
his, qui committunt mer-
catoribus pecuniam , aut
aliam rem pro certa parte
lucri , est vitium usuræ , &
quomodo non : sic ait pau-
lo post initium. *Etsi in com-
missione aliarum rerum , que
ex se fructum pariunt potest
excusatio valere : tamen quia
pecunia de se nihil parit util-
itatis ultra seipsam ; vide-
tur quod saltem in commissio-
ne pecuniae propter lucrum ,
semper sit ThoKos , quod est
vitium usuræ secundum Phi-
losophum ; hoc est , partus nu-
mismatis ex numismate ; quod
est contra naturam eius. Hæc*

20 DE VS V LICITO
est ratio, quam D. Thomas
refert ex mente eorum, de
quibus initio dixerat, *Vide-*
tur quibusdam usuræ vitium
incidere. Sed ex propria
mente subdit statim. *Ad*
hoc mihi videtur dicendum,
quod aut commissio fit pecu-
nia, ita quod transferatur
dominium in toto, vel in par-
te, rei commissa in potesta-
tem eius cui committitur:
aut ita fit commissio, quod
non transeat dominium; sed
remaneat tota res (qui est
casus à me propositus) com-
missa in dominio committen-
tis. Primo modo est vitium
usuræ, eo quod sperat lucrum
iam de re non sua; quia iam
erat translatæ per commissio-

nem in dominium alterius....
sed secundo modo (qui est
casus , ut dixi , meus iuxta
prop. 2) potest sperari lucrum
sine vitio usuræ : quia tunc
commissa est pecunia , vel res
alia , sicut servo , & mini-
stro , qui de re domini nego-
tiantur ad utilitatem domini
sui ; & de eo committens po-
test sperare lucrum sicut ex re
sua : & sic non accidit sorti ,
nec possideatur sine iusto titulo ;
quia sicut rei propria partum
recipit ; non tanquam partum
numismatis ex numismate
immediate ; sed partum ip-
sarum rerum , quæ per numis-
mata sua sunt acquisitæ iu-
sta commutatione. Hæc D.
Thomas ibi. Et vide insu-

22 DE VS V LICITO
per id quod ex eodem cap.
referam num. sequenti.

PROPOSIT. IV.

*Quod lucrum ex usu rei meæ
possum ego licite per meas
operas habere cum periculo
eiusdem rei meæ , velut
mihi peritura , si pereat;
non est illicitum ut per ope-
ras alterius , cum periculo
eiusdem rei , velut illi al-
teri peritura , si pereat ;
referam deductis deducen-
dis : nempe deducta æsti-
matione hinc operarum
eius , hinc periculi ; cui se
ille exponit , & quo me ego
liberatum volo.*

Prop. 4.

PROBATOR quoad ⁴ *g prob.*
 primum & ex prop. 3 ;
 quia id non est illicitum ; si, ^{1 pars.}
 quod illi alteri pro eius na-
 vatis operis, atque industria
 debetur ; legitime solvam,
 ut suppono me soluturum.
 Probatur ^h & quoad secun-
 dum ; quia tam non est
 contra iustitiam, redimere
 periculum rei meæ, ne mi-
 hi pereat, si peritura est ;
 quam redimere mearum la-
 borem operarum : hoc est,
 non minus est conforme
 iustitiae, ut meo me peri-
 culo eximam, dato ad id
 pretio convenienti ; quam
 ut, pretio item dato conve-
 nienti, similiter me liberem
 onere operarum mearum,

^h *Prob.*
² *pars*
confir-
matur-
que ex
D. Tho-
ma.

24 DE VS V LICITO

& meæ impendendæ indu-
striæ. Atqui per prop. 3,
istud est mihi liberum, seu
non est contra iustitiam; &
nullam continet usuram
etiam ex D. Thoma: ergo
& illud est mihi licitum,
&c. Igitur &c. ut fuit pro-
positum.

Confirmatur id ipsum ex
eodem D. Thom. opusc. 73
cap. 11, ut iam insinuavi
num. 3: sicut enim ait S. Do-
ctor eo cap. circa finem.
*Tunc ergo huiusmodi commis-
siones licite fieri possunt,
quando mutuum, vel simili-
tudo mutui non permiscetur
in talibus; sed dominium re-
tinetur cum periculo, quod
communiter accidere potest...*

&

& quando secundum iustum estimationem taxatur lucrum , per quod iuste compensatur labor & sollicitudo aluni. Hoc est eius cui velut servo & ministro , (ut aiebat relatus n. 3) facta est commissio. Porro in meo casu nullum intervenit mutuum vel mutui similitudo, ut satis expressi. Et in eodem casu dominium retinetur cum periculo : dominium quidem , ut satis etiam expressi num. 3 ; periculum vero ut hac prop. dico , retinetur à committente quatenus ab eo non reiicitur in alumnum seu velut servum & ministrum : nempe ideo non in eum reiici-

Maig. De usu Lic. C

26 DE VS V LICITO
tur , sed consequenter reti-
netur ; quia lucrum taxa-
tur secundum iustum , ut
ait , æstimationem ; per
quod iuste non modo com-
pensatur labor & sollicitu-
do alumni ; sed etiam redi-
mitur periculum , ut natu-
rali iure licitum est illud
redimere. Vnde intelliges
commissionem hanc quam
ego propono , non esse eam
quam D. Thom. cap. 14
vocat commissionem secun-
dum quid.... in quantum com-
mittens non retinet pericu-
lum super se rei commissæ :
& de qua addit Et hoc mo-
do propter rationem transla-
tionis , quæ debuit fieri gratis
sine spe lucri , incidit vitium

usuræ. Intelliges, inquam, commissionem illam, de qua ego, esse diversam ab ea de qua hic D. Thomas: nempe tum ideo diversam, quia committens redimit periculum, & eatenus illud, ut dixi, super se retinet: tum ideo diversam, quia cum committens non faciat, ut dictum est, translationem dominij; consequens est ut non eam teneatur facere gratis: non enim teneri potest facere gratis translationem, quam neque facit, neque teneatur facere, ut iam habetur ex num.2.

Corollarium.

*i Confe-
quentia
hinc de-
ducta.* Taque, i si operæ alte-
rius æstimentur v. g.
quinque; ac similiter peri-
culum æstimetur quinque;
ego qui ex usu rei meæ per
meas operas, & meo peri-
culo possum ex hypothesi
lucrari quindecim, quan-
tum & alij solent; licite po-
tero lucrari quinque per
alienas operas cum alieno
periculo, & sine meo.

PROPOSIT. V.

*Pecunia usus est non sola eius
consumptio ; sed etiam
negotiatio.*

RATIO est,¹ quia pecunia^{prob.} usus, qui est ^{quia pecunia} eius in commutationibus ^{relinquit} distractio^{post se} ; non sic est distractio^{Gr.} ; seu non sic est per distractionem consumptio[;] ut post eius distractionem nihil mihi vi eius remaneat : remanet enim eius æquivalens (imo & maius ea, ut statim dicam) nempe illud mihi vi eius remanet, in cuius commutatio-

Prop. 5.

30 DE VSV LICITO
nem, seu pro quo in eius
locum, & vicem, haben-
do, illa distracta est. Et hoc
facit relata num. 3 doctrina
D. Thomæ, *Recipit non*
tanquam partum numismatis
ex numismate immediate;
sed partum ipsarum rerum,
quaæ per numismata sua sunt
acquisita, &c. vide etiam ex
codem relata num. 4, &
utrobius agnosces ex ipso
D. Thoma pecuniae usum,
qui est eam committi mi-
nistro vel tanquam mini-
stro ad negotiandum &c.

m Ideo.
que non
est pari-
tas pecu-
nia cum
is, qua
usu con-
sumatur.
Vnde ^m non est ullo modo
paritas quoad hoc inter pe-
cuniam, & id genus rei,
quod usu consumitur; seu
de quo post eius usum ni-
sumatur.

hil superest; v. g. de pane
post esum, & de vino post
potum. Non ergo sola
consumptio est usus pecu-
niæ: sed negotiatio quo-
que est revera eius usus.
Fit vero ⁿ negotiatio vel à
Campsoribus arte nummu-
laria; vel à Mercatoribus
arte vendendi, & emendi;
nempe emendi parvo pre-
tio id quod maiori vende-
tur: quo genere pecunia
non sic usu sui consumitur,
quando distrahitur, quin
distracta relinquat loco sui
non modo sibi æquivalens;
verum & se maius, ut dice-
bam; nempe id, quod à
Mercatore vendetur carius;
& præmium Campsori da-


Prop. 3.

*n usus
pecunia
in nego-
tiationi-
bus Cam-
psorum.
Merca-
torū dicitur.*

32 DE VS V LICITO
tum (de quo vide num. 24)
pro pecunia locata procul
&c. & ut sic plus pecu-
niæ.

^{o Quam} *late pa-* Et adverto per ^o nego-
^{teat ne-} tiationem in genere , quam
^{gotiatio} dixi esse pecuniæ usum
(seu velis vocare secunda-
rium , seu malis primarium ;
item sive mediatum , sive
immediatum ; nihil refert)
intelligi genus omne con-
tractus , quo intra iustitiæ
terminos , mediante pecu-
nia , res alicuius meliores
fiunt , quocunque modo
meliores fiant ; sive quia
augentur , sive quia libe-
rantur ab aliquo gravami-
ne , puta debitorum , &
violentis creditoris &c. sive

Prop. 5.
quia in meliori statu ponuntur, ut per nuptias cum tali vel tali initas; aut per acquisitionem officij, & magistratus in rep. &c. Quapropter usus pecuniæ in hæc & similia impensæ non sic est pecuniæ distractio, ut sit eius consumptio; cum relinquat post se aut æquivalens, aut etiam melius.



PROPOSIT. VI.

Non est inconveniens ut ego per meas operas dicar ex natura rei posse licite lucrari usu meæ pecuniaæ id, quod licite alius, paris industriae, lucrari solet usu sua per suas operas.

VR namque sim ego ex natura rei, cæteris paribus, peioris conditionis? P Nec obest quod status, aut officium, quod in rep. gero, fortassis ex decoro non patiatur, ut per me ipsum exerceam artem v. g. nummulariam aut mier-

p Si non per se quomodo per alios possit quis negotiari cum sua pecunia?

catoriam &c. Quia licet ^{Prop. 6.} impedit ne per me id præstem ; non tamen impedit ne per alium : sicut non impedit ne per alium sena-
tor exerceat agriculturam.
Excipio tamen id quod ex hominum speciali receptif-
sima consuetudine , vel iure
communi turpe videtur
exercere etiam per alium : sed non tale videtur
esse quocunque est ex usu
pecuniæ ad negotiationem
datæ lucrum honestum ;
cum & Magnates ac Prin-
cipes non pauci non inde-
core id agitent.

Corollarium.

q Quid
de pecu-
niis otio-
sis?

ATque q ita quisquis est hominum , qui pecunias habet otiosas (nisi expresse is teneatur habere otiosas) censendus est earum usu lucrari licite posse per suas operas id , quod alius quis paris industriæ potest usu suæ lucrari per suas operas.

PRO

• • • • • • • • • • • • • • •

PROPOSIT. VII.

Licitum est ex natura rei cuique hominum , ut usu suæ pecuniaæ , retentoque sibi proprietatis in eam domino , lucretur quinque per alienas operas , & cum alieno periculo ; deductis hinc pro operis quinque , hinc pro periculo , etiam quinque : si verum est quod lucrum soleat esse quindecim ; & opera ad id conducentiae alienæ aestimentur quinque , & periculum simili- ter quinque ; aut alia qua- cunque proportione .

Maig. De usu Lic. D.

38 DE VS V LICITO

Prop. 7.

8

*r. Prob.**quoad**primum,*

PROBATVR ¹ primo
quoad pecuniae usum;
ex quo lucrum honestum,
& licitum esse possit reten-
ta una parte mediocri fru-
ctus, ad quem ille est uti-
lis: id enim iam constat
hinc ex prop. 5, hinc ex
prop. 1, eiusque corolla-
rio.

*Et quo.**ad 2.*

Probatur ¹ secundo quo-
ad retentionem dominij,
videlicet proprietatis in
eandem pecuniam, cuius
dominium utile in parte al-
teri concessi: id namque
probatum iam est prop. 2.
Ex quo & fit, ut eandem
pecuniam, eadem scilicet
ac nihil imminutâ summâ
repetere licite possim tem-

pore quo repetendam ac reddendam esse conven-
tum est. Cum enim domi-
nium in eam , quod est pro-
prietatis , nullatenus , (ut
habetur prop. 2) abiece-
rim ; remanet illa mihi sem-
per , quo ad hoc , mea. Et
quia ipsum quoque , quod
in eam est mihi , dominium
utile (etiam inadæquatum ,
& partiale , ut dixi prop. 1)
non concessi nisi ad tem-
pus ; consequens est , ut eo
transacto tempore , domi-
nium idem utile totum ad
me redeat ; propterea que
pecunia tunc sit adæquate ,
seu modis omnibus , mea.
Ergo quod eam tunc repe-
to , non mihi est illicitum ,

40 DE VS V LICITO

Prop. 7.

quippe quia nulli iniurium;
cum rem non repetam, nisi
meam.

[¶] Et quo-
_{ad 3.}

Probatur [¶] tertio quoad
eam partem, quæ est de-
ducenda æstimatione hinc
periculi &c. hinc opera-
rum, & industriæ &c. sub
debita proportione &c.
Hæc enim pars probata iam
est prop. 4, eiusque corol-
lario; & de ea vide etiam
num. 15.

[¶] Et quo-

_{ad 4.}

Probatur [¶] quarto quoad
id, quod est, cuique ho-
minum hoc esse licitum ex
natura rei. Cum enim ex
prop. 3 non sit illicitum;
&, quod idem est, positive
sit ex natura rei; hoc est,
naturali iure licitum, ut ex

usu rei meæ per alienas *Prop. 7.*
operas (deducta earum
æstimatione) referam lu-
crum , quod ex eiusdem
usu per meas operas habe-
re licite possem : per prop.
vero 6, eiusque coroll. cen-
fendus ego sim usu meæ
pecuniæ licite lucrari posse
per meas operas id , quod
alius paris industriæ , po-
test licite per suas operas
usu suæ pecuniæ lucrari.
Consequens est licitum es-
se cuique hominum ex na-
tura rei , seu naturali iure
&c. ut fuit propositum.

*Propositiones haec septem
in hoc resoluuntur.*

9 **V**T sit licitus contra-
x Vu & ctus, x quo propriam
summa quis pecuniam , retento
precedē sibi proprietatis in eam do-
tiā propp. minio , proindeque repe-
tendam , tradit ad nego-
tiandum non sua , sed aliena
mediante opera & in-
dustria ad id conducta ;
cum pacto vendicandi qui-
dem sibi partem unam lu-
cri mediocrem , iudicio
Prudentum determinan-
dam : cæteras vero conce-
dendi pro idoneo , & iusto

pretio, hinc ad alienæ, ut dictum est, conductæ operæ, atque industriæ valorem compensandum; hinc ad periculum redimendum, quod esse potest amissionis pecuniae.

*Vel compendiosius,
et expressius.*

VT sit licitus ^y pecuniæ ^y Eadem
brevis usus ille, quo quis tum alienam, sibi conductit operam ad negotiandum cum propria pecunia; tum eandem affecurat pecuniam, ne sibi pereat.

Ad omnem itaque re-

44 DE VS V LICITO
movendam scrupuli rationem , & è contra statuendam hac in re pacem conscientiæ ; longe abest , ut pecuniam suam tradere alteri sub lege dicti contractus , sit idem ac *pecuniam suam dare* , ut aiunt , *ad interesse* ; quod male sonat ; quatenus , nimirum , ut communiter intelligitur , suspicionem ingerit hinc mutui proprie (iuxta dicenda num. 29) sumpti ; hinc lucri ex eo petendi ; quod esset usura . Vnde & multo magis abest , ut sit idem , ac *pecuniam suam dare ad usuram* : quod expressius usuram sonat omnino vetitam . Sed est primo

idem ac pecuniam suam debite , ne sibi pereat , assecuratam dare ad negotiacionem pro se futuram certo quidem , sed non nisi permodice utilem , agendam per operas , & industria alterius debite compensatas : quod ex dictis omnino est licitum ; salvo nimirum , ut satis expressi , stipendio rationabili pro operis & industria illius alterius ; & salvo etiam rationabili pretio pro redemptione periculi , quod esse potest amissionis pecuniae , ut dictum est . Aut secundo (ut ad mentem & verba D. Thom. superius num. 3 & num. 4 relata rem totam clarius expli-

46 DE VS V LICITO
cem) est idem ac facere pe-
cuniæ commissionem sine
mutuo , vel mutui similitu-
dine , retento dominio , re-
dempto (ac eatenus reten-
to) periculo ; taxato etiam
secundum iustum æstima-
tionem lucro ; & sollicitu-
dine atque labore alumi-
iuste compensatis.

Hæc porro melius intel-
ligentur , simulque confir-
mabuntur uberioris , & ef-
ficacius in responsione ad
objectiones ; & præsertim
autoritate pontificia à nu-
mer . 41 .

OBJECTIO I.

 **O**BIICIES primo^z contra 1 & 2 prop. non sic efferendum universali-
ter rem meam mihi ad lu-
crum utilem ; sed adhiben-
dam esse limitationem , sic,
rem meam mihi ad lucrum ex
natura sua utilem : quia est
adhibenda distinctio ; si-
quidem etsi non teneat
agrum v. g. meum , aut vi-
neam alteri gratis utenda
concedere ; non sic tamen
censendus sum non teneri,
quando agitur de conce-
denda utenda pecunia. Et
discrimen in eo est , quod

10
^z Obiici-
tur , dis-
crimen
esse inter
pecuniā ,
^ē rem
natura
sua uti-
lem ; nā
alioqui
esser fru-
ctus in-
dustria
non rei.

Obiect. I.

ager meus , & vinea ha-
bent natura sua ut sint fru-
ctifera : pecunia vero id
non habet , nisi ex humana
industria. Vnde si lucrum
ex pecunia , quam alteri
utendam concessi , referto;
refero eatenus fructum ex
aliena industria ; quatenus
refero fructum , qui non est
pecuniæ fructus , sed hu-
manæ alienæ industriæ : ut
inclusat D. Thom. 2 2 q. 78
art. 3 in corp.

II
a Reſp.

Respondeo. ^a Ego qui-
~~nec agrū,~~ dem innixus etiam autori-
~~nec vi-~~ tati D. Thomæ , quam de-
~~ctum da-~~ pecunia retuli num. 3 , uni-
~~re sine~~ versaliter dixi , & sumpli-
~~industria~~ ~~rem meam &c.~~ nec existi-
mavi limitationem vel di-
ſtinctionem

stinctionem in obiectione propositam , alicuius esse momenti : quia nec ager meus , nec mea vinea , quæ villico ex hypothesi , utenda concedo (seu quorum illi dominium utile partiale solum tradō , retinens mihi proprietatis dominium totum cum una solum utilis dominij parte) fructum referent sine industria villici . Nam nisi agrum ille stercorauerit , arauerit , seruerit , nullæ erunt segetes ; & nisi vineam foderit , putauerit &c. nulla erit vindemia . Igitur hoc genere , fructum à villico pro agro , & vinea dum repeto ; essem

Maig. De usu Lic. E

50 DE VS V LICITO

(quod falsum tamen aper-
te est) censendus repetere
ex industria villici ; quate-
nus absque eius industria
nullus esset agri , aut vineæ
^b Inde à fructus. Quia ^b ergo id
simili non impedit , quin ego pos-
ducitur sequē- sim ex agro & vinea fru-
cia ad tum à villico licite repe-
pecunia. re ea moderatione , qua per
consuetudinem aut legem
licitum est : non etiam im-
pediet , quin ex pecunia ,
quam tibi similiter , seu
consimili contractu concef-
si utendam ; fructum à te
cum simili moderatione re-
petam licite. Non tanquam
partum numismatis ex numis-
mate immediate ; sed par-
tum earum rerum &c. ut

aiebat D. Thom. relatus ^{Obiect. i.}
num. 3.

I 2

Et ratio ^c eadem est u-
triusque ; si res , ut decet, <sup>c Ratio
eius, cō-
sequētia.</sup>
bene perpendantur : est-
que ista (cur scilicet utrū-
que sit pariter licitum) quia
vinea , & ager solent mihi,
ex hypothesi , vi seminis
de meo iacti , & per meam
industriam , fructificare
quindecim : dum autem
ego à villico , vi pacti initi,
repeto ex hypothesi solum
quinque ; hoc ipso ei re-
mitto decem , quibus in-
telligor , & iudicio Pruden-
tum censeor eidem ad æ-
qualitatem soluere id, quod
iure ipsi debetur hinc pro
semine quod de suo suppe-


E 2

52 DE VS V LICITO

Obiect. I. ditat , hinc pro industria ,
quam adhibet , simulque
pro opera , quam impendit:
quo modo semen illud fit
meum , velut à me em-
ptum ; & industria , operæ
que fiunt meæ , velut à me
pretio emptæ , seu (quod
codem reddit) conductæ.
Similiter autem industria
tua , & operæ tuæ in hoc
usu pecuniaæ , de quo agi-
tur , fiunt meæ , ratione ter-
tiæ v. g. partis lucri , quam
tibi pro his concedo su-
mendam : & sic fructum
non ex tua industria , se-
cundum quod tua est in-
dustria , repeto ; sed secun-
dum quod est à me empta,
seu conducta , & eatenus

facta mea. Igitur non magis hic ago contra iustitiam, repetens ex vi meæ pecuniaæ simul cum tua à me cōducta opera, & industria sumptæ, lucrum consuetum rationabile : quam repetens ex vi meæ vineæ simul cum à me conducta villici opera, & industria sumptæ fructum pari modo rationabilem. Quatenus d^d Fructus hic, & lucrum hoc, non tuæ magis industriæ est, in casu pecuniaæ à me, (ut dictum est) traditæ ; quam sit in casu traditæ à me vineæ aut agri. Et è converso non minus est fructus meæ pecuniaæ, quam agri mei, & vineæ ; quam-

Obiect. I. 54 DE VS V LICITO
uis utrobius per indu-
striam hinc villici inde-
tuam, sit fructus: eo quod,
ut dicebam, non magis
mea vinea, quam mea pec-
cunia fructum ferret sine
hominis industria; nec tua
magis fructum ferret indu-
stria sine mea pecunia;
quam villici, absque mea vi-
nea. Igitur, &c.



O B I E C T I O I I .

3

BI C I E S secundo
contra prop. 4, eiuf-
que corollarium; & con-
tra expressiorem illam da-
tam num. 9 propositi con-
tractus definitionem. Con-

tra iustitiam est c quidquid inæqualitatem importat. At vero inæqualitatem importat , quod quis præter securitatem sortis principalis ut sibi non perituræ , sed ad se credituræ , habet insuper lucrum aliquod certum. Ergo &c. Probatur minor. Quia in contractu societas , lucrum ex pecunia in commune posita , sumitur cum periculo sortis principalis , velut hinc inde pro rata perituræ utrique socio ; ac insuper cum incerta spe lucri , quale fortassis nullum erit , etiam si capitale non pereat.

Respondeo primo f negandam esse minorem :

Objec. 2.
c Obiic.
iniustum
esse lu-
crum, ubi
secura
manet
sors prin-
cipalis.

f Re-
non esse
id verum

§ 6 DE VS V LICITO

Obiect. 2.
in loca-
tione
vinear.

contra eam quippe eviden-
ter est , quod mea vinea
(ut superius dictum est)
locata , certo mihi redditura
est tempore per contra-
ctum præscripto : & tamen
contra iustitiam nec est,
nec censetur esse , quod
fructum ex ea sic locata
certum percipio. Patet-

g Item
equi me-
ritorij
&c. que s id ipsum in locatione
equi mei meritorij , & va-
forum meorum argenteo-
rum &c. de quibus ex D.
Thoma vide num. 19 &c.
Licet enim in his locandis
nullus ineatur specialis ex-
pressus contractus assecura-
tionis ; ius tamen quoad
rem ita clarum est suapte
natura , ut qui sic locatum

equum , sic locata vasa suscipit , primo agnoscat ea fidei suæ committi curanda , & servanda ; ac subinde bona fide censeat sibi peritura , si pereant v. g. furto aut aliter. At vero ^b quodnam est , vel unde ^{b Nec est in hoc pecunia privilegium ul-} privilegium argenti signati seu pecuniæ , ut is qui pecuniam suscipit , non debeat pari modo censere eam fidei suæ committi non minus curandam & servandam sua diligentia , quam utendam industria ; proindeque sibi perituram , si pereat , præsertim a securitatis accepto pretio , ut dictum est.

Respondeo secundo ad

Obiect. 2. probationem minoris , &
i Discri- sic dico. In i contractu so-
mē inter cietatis , lucrum habent u-
bunc , & terque socius æquale pro
eum qui rata hinc pecuniæ positæ
cōmuni- hinc navatæ operæ ; sicuti
ser fit in societati- pro rata periculum uterque
bus. sibi sumunt æquale. Sed in
isto , quem descripsi , con-
tractu , is , qui pecuniam
suam utendam alteri suppe-
ditat , aut (ut vocat D.
Thom. num. 4 relatus)
committit , non nisi partem
lucri rationabilem sibi reti-
net ; tertiam v. g. ut dice-
bam (aut quacunque pro-
portione alia legitima , iudi-
cio Prudentum , ut etiam
dixi , determinandam) cer-
to sibi obventuram ; con-

Obiect. 20
 ceditque alteri , cui suppeditatis , duas tertias ; unam quidem pro eius operis , & industria (ut ad præcedentem obiectionem dixi) alteram pro periculo , quod in se ille , ratione eius assignati pretij , sumit . Non est vero nova res , ut pretio periculum redimere liceat : alioqui enim illiciti forent contractus assecurationis omnes , qui tamen receptissimi sunt . Nec est contra iustitiam ut lucri certitudinem sibi quis comparet per eiusdem lucri paruitatem ex ubere tradito fundo .

14
 Confirmatur ¹ solutio ¹ quam hæc primo quia genus ^{vñ &}
 quoddam etiam est societa- ^{est societ-}
^{tus , in}

Obiect. 2.

GO DE VS V LICITO
tis , quale facile recipiunt
qua totū
ab uno
periculū
suscipi-
cur. Canonistæ , in quo lucrum
inter socios diuiditur certa
proportione ; periculum
vero fortis principalis ab
uno suscipitur. Hostiensis
l. 5 summæ , rubrica de
usuris , § in aliis autem ca-
sibus ; circa medium sic
habet. Nec moveat te quod
periculum pecuniae ad reci-
pientem in solidum pertinet,
& non totum lucrum : nam
& contractus ex conuentione
legem accipiunt &c. Et mox.
Idem in re locata ex certo sa-
lario , & in multis aliis con-
tractibus idem poteris reperi-
re ; in quibus ad unum perti-
net lucrum in solidum ; & pe-
riculum in solidum ad alte-
rum.

rum. Et addit *Nec turberis;* Obiect. 2. inde multo fortius posset concedi , quod sic possit societas contrahiri ; quod ad unum , totum pertineat periculum sociorum ; & lucrum debeat dividii inter eos. Item ad maritum periculum pecunia dotalis sibi traditæ pertinet in solidum , cum sit dominus. Mitto alia similia ; cum satiis ex his intelligatur contractum de quo agitur non esse contra canones ; proindeque nec contra iustitiam ratione certitudinis lucri , utpote compensatæ per ipsum , ut dixi , lucri parvitatem : nec ratione periculi &c. in recipientem reieci ; utpote qui simul recipiat

Mag. De usu Lic. F

62 DE VS V LICITO
Obiect. 2. eiusdem periculi compensationem rationabilem.

15 Confirmatur eadem solutione secundo, quia ubi datus in fundum perpetuum aureis v. g. bis mille, Petrus velut emens acquirit sibi ius percipiendi a Ioanne centum aureos pro annuo constituto redditu; cum iure ex parte Ioannis, retinendi capitale, quantum voluerit; & reddendi tamen idem etiam cum voluerit; seque onere liberandi, quod est illius anni soluendi redditus. In eo, inquam, contractu, quem nemo dubitat esse legitimum; per id fit æqualitas, per quod hinc amittenda

quidem fortis principalis periculum sumit in se , atque in sua , Ioannes ; ut illam de suo suppleat , quo- cunque casu amittatur : in- de vero Petrus non tantum exigit pro suo redditu an- nuo , quantum ipse posset , aut solent alij lucrari ; unde & merito redditum hunc , utpote sic paruum non patitur esse sibi incer- tum : nam si esset ipse lu- cratus v. g. quindecim ; exigit solum quinque ; & condonat decem , ex qui- bus ad omnia fit compensa- tio , & æqualitas. Atqui eodem modo fit contractu , quem dixi. Igitur &c.

Cæterum n^o occasione hu-

ⁿ Hinc
explica-

64 DE VS V LICITO

Obiect. 2.

ius argumenti , & confirmationis , ut dixi , secundæ , licebit ad maiorem eorum , quæ num. 4 in coroll. & num. 8 dixi de proportione lucri &c. claritatem , obser- uare , Mercatores emptis mercibus , iisdemque venditis lucrari per annum aliquando æquale , aliquando dimidium , aliquando minus , v. g. tertiam vel quartam partem ; & sistamus in hac : certe vero necesse est ut vniuersim tantum lu- crentur , quantum satis est ad familiam omnibus , quæ victum , vestitum , domici- lium , aliaque id genus one- ra respiciunt , sat splendi- de , ut sit , instruendam ; at-

que insuper ad fructum annum soluendum ratione fundi, qui saepe non ipsorum est, sed alterius cui debent; quæ quidem omnia important, ut videtur, lucrum huiusmodi totum non esse ordinarie minus quarta parte. Sit itaque, ex hypothesi, summa negotiationi data in fundum, viginti: erit igitur lucrum ordinarie ad minus quinque. Si ergo tu ex propria pecunia lucraris quinque; pari modo ex mea lucraberis quinque. Ego vero à te non exigam quinque; sed pro tuis operis concedam tibi v. g. duo, & pro assecuratione item duo: super-

66 DE USU LICITO

Obiect. 2.

erit unum, quod solum à te
exigam; & sic non tibi in-
iuriam faciam, dum datis
tibi in fundum viginti,
unum tantum, quod est
modicum, sumam pro par-
te lucri mea. Nam, ut
quam longissime absim ab
excessu lucri, secundum
quem esset usura; unum
tantum sumam, et si tibi sit
fas lucrari multo amplius,
quam decem, & sic nullum
sit onus tibi, soluere mihi
unum illud.

*o oppo-
nitur
quasi sit
discrimē
interdi-
ctos con-
tractus.*

Dices, Est discriminē,
quia in illo, quem dixi,
contractu redditūs consti-
tuti &c. Petrus ille domi-
nium proprietatis, quod in
suos bis mille aureos ha-

bet , transfert in Ioannem ; *Obiect. 2.*
quod minime fit , ut ego
volo , in contractu de quo
disputatur. Respondeo. P p *Sed re-*
dubitari potest an omnino *fellitur*
proprietatis dominium ab- *oppositio-*
iiciat , qui dominium utile
retinet ; ut necesse est reti-
neat saltem in parte is , qui
retinet ius percipiendi uti-
litatem saltem aliquam. Et
revera summam suam (quā
nec tradidit sine præde idō-
neo) totam in iure potest
repetere ; si alter solitum
annuum redditum soluere
desinat per duos tres ue-
annos continuos. Non pos-
set autem repetere , si pro-
prietatis dominium abie-
cisset , quia tunc repeteret

68 DE VS V LICITO
Obiect. 2. rem non suam. Denique non illud sic abiecit dominium , quin ipsummet retinuerit in hypotheca. Sed quidquid sit de hoc ; disserimen inde sumptum non officit: quia dominium proprietatis siue retentum, siue abdicatum nihil facit ad qualitatem , quam iustitia requirit : præsertim quia is, qui pecuniae summam suscipit utendam ad tempus cum onere mox eandem restituendi ; perinde evitatur , prout voluerit , ad res suas ; ac si proprietatis eius dominium accepisset; alioqui contra hypothesim , non vere concessa esset utenda.

Dices item p esse aliud
 discrimen, videlicet quod
 in contractu assecurationis,
 periculum redimitur præ-
 senti, aut infallibiter danda
 pecunia : hic vero non
 præsenti, sed futura, & so-
 lum in spe fallibili. Nam si
 perit capitale ante tempus
 percepti lucri ; perit simul
 cum capitali spes pretij asse-
 curationis. In hoc autem
 est iniustitia; quia non com-
 pensatur periculum, stante
 compensativi periculo ; &
 multo minus reali posita
 eius amissione.

Respondeo primo q spem
 præsentem, esse tum ali-
 quid præsens, tum etiam
 aliquid pretio æstimabile :

70 DE VS V LICITO
Obiect. 2. præsertim vero spem re-
quæ vel primo rarissime pe-
rit, & vix unquam ; ut non
perit pecunia , quam uten-
dam concessi Petro , si Pe-
trus eam tradat in dotem
filiæ ; in emptionem officij
regij , aut publici magistra-
tus ; item domus aut agri,
&c. Vel secundo non pe-
rit nisi ex culpa seu lata, seu
levi eiusdem Petri , qui cu-
rare ipsam tenetur : unde
si perit , debet Petrus im-
putare sibi ; existimareque
compensationem sibi à me
exhibitam sufficientem es-
se , per eam spem , ut dixi,
pretio æstimabilem sibi fa-
ctam vi pecuniæ , quam à
me suscepit utendam. Et

Sic est æqualitas inter me & ipsum. Obiect. 1.

18

Respondeo secundo^t futuram revera è contra , & meo quidem detrimento , inæqualitatem inter me & Petrum , adeoque iniustiam ; si pecunia illi à me tradita , necnon ab eodem curata , & administrata deberet perire mihi , casu quo periret. Conditio namque mea melior mihi est , quando non meæ , sed alicnæ diligentiae defectu res mea perit. Est vero conveniens rationi atque iustitiæ , ut illi pereat , cuius defectu perit , non è contra ; præser-
tim si pretium ille accepit suæ iam ex debito impen-

*t Resp.
item , fo-
re mihi
detrimé-
tum si
pecunia
mihi pe-
reat cul-
pâ alter-
rius.*

72 DE USU LICITO
 dendæ diligentia sufficiens
 ut nempe accepit Petrus
 dum saltem accepit spem,
 quam dixi, quæque ei
 pretio æstimabilis tunc etiam
 quando non ei realiter suc-
 cedit fructus propositus
 speratus; eo quod rarissime
 ut dixi, evenit ut non suc-
 cedat, vel desit; atque ea-
 tenus non censemur unquam
 deesse. Adde quod si quan-
 doque forsitan deest, non
 nisi culpâ ipsius Petri deest;
 unde & ille debet id impu-
 tare sibi non mihi.

¶ Es est mihi insursum quod alter ex mea pecunia Addo & fore insuper inuidiosam aliam inæqua-
 litatem inter me & Pe-
 trum: quod, cum ille di-
 tescat affatim lucris assiduis
 ex

ex meo sibi licite paratis ; *Obiect. 2.*
mihi nefas interim esse di-
citur , ut ex illo uberrimo
quæstu lucellum aliquod in
me deriuem. Ut si quis di-
ues , agrum pinguissimum
annui redditûs librarum bis
mille empturus pretio li-
brarum v. g. quadragies
mille ; nec habens tamen
in præsenti nisi vigesies
mille , accipiat ad tempus
v. g. decem annorum à vi-
dua , pupillo , aut alio quem
volueris , non aliam unde
vitam tueatur , substantiam
habente , reliquam sum-
mam , quæ est librarum vi-
gesies mille. Habebit di-
ues quidem ex ea sic acce-
pta pecunia emolumentum

Mag. De usu Lic. G

Obiect. i.

annum librarum mille
vidua vero seu pupillus &c.
suam interim egestatem ad
famem usque patietur; dum
ille dives pinguis lucra an-
nua sibi ex viduæ , seu pu-
pilli bonis congeret ? Estne
id obsecro conforme iusti-
tiæ ? Et Christianus doctor
id ita fieri iubebit sub ob-
tentu quod ex mutuo vi-
mutui lucrum non potest
esse nisi usurarium ? Num
potius deberet ille , utpote
vir sapiens , aduertere nul-
lum hic esse mutuum ; hoc
est , nullam gratuitam , seu
mere liberalem , pecunia
concessionem ? Quis enim
credat , vel rationabiliter
sibi persuadeat viduam (&

sic de aliis) hic & nunc teneri charitatis vel iustitiæ debito ; aut, licet non sic teneatur , velle tamen sua sponte , gratis omnino , & ex mera liberalitate , cum damno suo & incommodo sic ingenti , concedere homini ditissimo , & amplius ditando totam , quam de sua dote aut aliter habet substantiam , ex qua sola 19 victus ei esse potest ?

Respondeo tertio & esse aliud inter contractum hinc assecurationis , prout is fieri solitus est ; hinc meum istum , discrimen quod nunc pro me facit . Summa namque assecuranda in primo , est ex hypothesi inter

76 DE VS V LICITO

oblett. 2.

manus reuertentis v. g. ex indica nauigatione mercatoris; neque ab assecuratore administratur; unde si perit, non ex culpa huius assecuatoris perit: proindeque suadet ratio, praesenti aut aliter certo ipsi obuentura pecunia compensandam esse hanc assecurationem. Non autem ita se habet in secundo; id est, in casu nostro, ubi summam acceptat, administrat, & curat Petrus, sicut recepit utendam: unde cum ipse in ea sibi conseruanda, simulque assecuranda mihi, suæ fidat, cui & ego fido, diligentia; existimare debet sufficere sibi dictam

spem suscipiendi fructus
pro ea assecurazione , seu
pro eo redimendo periculo
assignati.

Neque ^u est hoc novum ;
nam si meum equum com-
modauit Petro sub pretio
20 solidorum pro diurna
vectura , ut solet ; meusque
inter Petri manus , equus
pereat furto aut aliter ; cen-
setur is perire non mihi sed
Petro : qui propterea tene-
tur mihi pretium integrum
equi soluere ; quamuis ego
non ei pretium dederim
pro assecurazione equi ; sed
ipse periculum hoc in se
suscepit , solum pro spe
utendi meritorio meo equo
ad suum itinerandi com-

*u Nam
etiam
equus
merito-
rius illi
perit qui
eū uten-
dam ac-
cepit.*

Obiect. 2.

modum : estque hæc spes ad hoc sufficiens , quanquam spes ipsa simul cum equo perierit . Quod totum conforme est iis quæ nūm . 14 ex Hostiensi retuli . Cum ergo istud nemo existimat iniustum esse , nec illud iniustum existimandum est ; quod est illi omnino simile .

20

*x Et si-
militer
vasa ar-
gentea ;
quin &
pecunia,
cum ad
ostenta-
zionem
&c. acce-
pta est.*

Ac præterea *x* cum doceat D. Thom. 2 2. q. 78 art. 1 ad 6 , usum vasorum argenteorum posse vendi licite seruato dominio rei : & , ut subdit , si quis concederet pecuniam signatam ad ostentationem , vel ad ponendum loco pignoris , talem usum pecuniae licite homo ver-

dere potest. Et nemo tamen inficias ibit, quin iste, qui vasa hæc argentea, vel pecuniam signatam hanc utendam accepit (quamuis acceperit sine translatione dominij; quatenus non est ibi contractus, nisi hinc locati, & inde conducti) accepisse tacite vel expresse cum onere securitatis, adeoque soluendi pretium integrum vasorum, & pecuniæ, si apud se pereant: & haud dubie sic tenetur soluere, ut si renuat, cogatur per sententiam Iudicis. Is tamen in pretium eius oneris, cui se obstrinxit; aut periculi, quod in se atque in sua suscepit; nihil aliud

80 DE VS V LICITO

Obiect. 2.

accepit, nisi spem optati
ex vasis illis & pecunia,
commodi. Spes igitur hæc
^{y Cœclu-}
^{ditur}
^{spē pra-}
^{dictam}
^{ad hoc}
^{sufficere.} tum est pretio æstimabi-
lis, tum sufficienter com-
pensat periculum, quod ra-
rissime accidit, rei amit-
tendæ alienæ cum onere
eandem in integrum resti-
tuendi. Ergo nulla est hac
ex parte vis obiectionis,
qua dicitur non compensa-
ri periculum stante pericu-
lo compensatiui &c.

O B I E C T I O III.

21



BIBLIES tertio con-
tra prop. s. D. Thom.

22. q. 78 art. 1 & aliis do- ^{obiect. 3.}
 cet ^z pecuniæ usum non ^z obiic.
 alium esse , quam eius di- ^{quod pec-}
 stractionem , & distractio- ^{cuniæ}
 ne consumptionem. Ergo ^{usus sit}
 &c. ^{eius con-}
^{sumptio.}

Resp. 1. D. ipse Thom.
 art. 1 ad 6 , ut iam num. 20
 retuli , ^a fatetur esse pecu- ^{a Resp.}
 niæ usum alium , ex quo ^{esse etiā}
 lucrum est licitum quippe ^{eius usū,}
 qui vendi potest licite ; ut ^{qui non}
 si quis pecuniam tradat al- ^{est con-}
 teri usuro illa *ad ostentatio-*
nem &c.

Resp. 2. Caietanus ad
 eundem art. in resp. ad 6
 dicit ^b esse pecuniæ usum ^{b usus}
 alium , qui est nummula- ^{pecuniæ}
 riæ artis ; quem D. quoque ^{in arte}
 Thomas approbat opusc. 73 ^{nummu-}
^{laria; est}
^{eius aug.}

Obiect. 3.

*mentā,
& mul-
tipli-
ca-
tio.*


82 DE VS V LICITO
cap. 13: & à pari dico ego
esse alium , qui est artis ne-
gotiatoriæ, mercatoriæ &c.
quamvis ille , qui est num-
mulariæ , sufficeret , ut in-
de probaretur id quod in-
tendo , sententiam videli-
cet D. Thomæ circa hoc
negatiuam , non intelligen-
dam esse uniuersaliter: sen-
tentia namque uniuersalis
conuincitur esse falsa , vel
uno solo in contrarium da-
to exemplo. Uſus itaque
pecuniæ in arte mercato-
ria , siue alia negotiatoria,
non modo non est pecuniæ
consumptio ; sed est etiam
eius è contra multiplicatio,
ut ex Diui etiam Thomæ
doctrina explicui num. 5

& 6 : vide num. 24.

Obiect. 3.

Resp. 3. ad rem meam,
 c usum illum , qui est pecu-
 niæ per artem aut merca-
 toriam aut negotiatoriam ;
 tam non esse consumptio-
 nem pecuniæ , ac tam esse
 licitum ubi quis (ut num.
 11 & 12 dixi) per alienam
 iusto pretio conductam
 operam mercatur , nego-
 tiatur &c. cum propria pe-
 cunia ; quàm ubi per pro-
 priam operam mercatur ,
 negotiatur &c. cum aliena
 pecunia (vide num. 37 , &
 38) & istud quidem nemo
 damnauerit ; illud vero fert
 meus casus , ut num. 9 expo-
 sui ; & D. Thomas num. 3
 & 4 relatus approbat.

c Et si-
 militer
 in arte
 mercat-
 & quali-
 bet nego-
 tiatoria.



OBIECTIO IV.

22
d' Obiect.
quasi id
sic ven-
dere bis
rem ean-
dem, &
rem qua
non est.

BIICIES quarto contra eandem prop. 5. Quærere d' lucrum ex usu pecuniæ , est vendere bis rem eandem ; & vende re id quod non est. Atqui hoc est contra iustitiam. Ergo &c. Quæ ratio est D. Thomæ citata q. art. i in corp. Probatur maior, quia pecunia consumitur usu , siquidem eius usus est distractio : cum autem di stracta est à me , ac tibi tra dita mea pecunia , iam non est amplius mea , quatenus dominium eius in te trans tuli,

tuli , cum eam à me distra- Obiect. 4.
xi : quæ est doctrina D.
Thomæ ibidem. Imo, quod
est amplius , non solum à
me distracta est pecunia ;
sed & censetur tunc non
esse in re pecunia ; e quip- e Es.
pe quæ usum sui iā habuit , quod pec-
quo usu illa consumitur : si-
cut panis , usu comedendi conser-
cōsumitur, & ita usurpatus ,
pania.
non amplius est panis : qui
autē seorsim venderet hinc
panem , hinc panis usum,
venderet bis rem eandem ;
quatenus usus panis non
aliud est , quam ipse panis
usui subditus : aut venderet
rem , quæ non est ; quate-
nus panis post sui usum non
est ; repeteretque duplicem

Maij. De usu Lic. H

Obiect. 4. recompensationem , hinc scilicet rem eandem , puta panem ; hinc pretium usus eius. Sic autem est de pecunia, utpote cuius usus est ipsa eius consumptio.

23 *f Resp.* ad maiorem , eiusque probationem. Quis quo *D.* *Thom.* *dicit cō-* quis is est usus , quo distra-*cūniām,* ita pecunia , ex mente *D.* *Thomæ* , consumitur , & non est in re , aut non cen-*īlum de* setur amplius esse pecunia; *quo hic* is , inquam , usus non est agitur. ille , quem ego num. 9 sup- posui & exposui ; sed est alius longe diuersus , de quo mihi quæstio non est : illo autem usu , quem exposui , ostendique num. 21 ve- rum esse pecuniæ usum , non ita consumitur (ut

num. 5 dixi) pecunia, seu ^{objec. 4.} non sic desinit esse, ut non post se relinquat hinc sibi æquivalens, hinc etiam amplius valens. Cum itaque lucrum ^g ex usu pecuniae quæro, quæro ex illo æquivalente &c. seu vi eius; quod vere in re est, & est quid à pecunia distin-
ctum: & ita quæro non ex re, quæ non est, aut quæ idem cum pecunia est. Hoc est, ut verbis utar D. Thomæ relatis num. 4; quæro non tanquam partum numismatis ex numismate imme-
diate; sed partum earum re-
rum quæ per mea numisma-
ta sunt acquisitæ. Et sicuti dum ex agro, quem uten-

*Ex usu
pecuniae,
qui est
negotia-
tio qua-
ritur lu-
crū sicut
ex cultu-
ra agri.*

Obiect. 4. dum concessi , quæro fructum ; quæro ex usu qui non est agri consumptio , sed est idonea cultura : ita dum ex pecunia , quam utendam concessi , fructum quæro ; quæro non ex usu illo , qui est pecuniæ consumptio ; quisquis ille est : sed ex eo qui est honesta negotiatio per alienam operam ad hoc legitime conductam : & sic non pro pecunia duplicem compensationem quæro ; neque rem eandem vendo bis , neque vendo rem , quæ non est . Igitur si non alio titulo contra iustitiam est , quærere lucrum ex usu pecuniæ ; quam quia est quærere du-

plicem recompensationem &c. reuera lucrum ex eo pecuniæ usu , quem dixi, quærere non est contra iustitiam ; quia in eo nullatenus est vendere bis rem eandem &c. ut ostensum est.

Quod vero ^b attinet ad pecuniæ similitudinem cum pane , aliisque id genus usu consumptilibus , dixi iam ad prop. 5 ; & ex modo dictis intelligitur non esse in hoc paritatem , quæ ad propositum quadret. Ac dénum quod hic additur de dominio abdicato atque translato pecuniæ , quam utendam alteri concessi; iam ex dictis num. 2 & 8 intelli-

*h Non est
simile de
pecuniæ
cū pane,
qui post
usū sui,
nihil ren-
linquit.*

90 DE VS V LICITO
gitur quomodo id verum
non sit in isto contractu,
quem exposui num. 9: pro-
prietatis namque domi-
nium in eo nullatenus ab-
ieci ; cum non nisi domi-
nium utilitatis concesserim;
& ne istud quidem conces-
serim totum , sed unam so-
lum eius partem , quam lex
aut consuetudo faciunt esse
conuenientem , & rationa-
bilem. Ex quo i magis ad-
huc fit evidens usum illum,
quem translato dominio
pecuniæ D. Thomas illici-
tum esse docet , veluti lu-
crum ex usu ; hoc est , usu-
ram ; & illum de quo ego
loquor ; non esse unum , &
eundem : ut me Divo Tho-

i Hinc
etiam in-
fertur
usu istū
pecunia
non esse
eum de
quo D.
Thom.lo-
quitur.

max esse hac in re contrarium nemo existimet. Igitur &c.

Confirmatur¹ solution¹ præsertim ad maiorem factæ obiectionis; quia Campsor (de quo ex Caiet. & D. Thoma cœpi dicere numer. 21) lucrum ex usu pecuniæ suæ licite (ut non negatur) & consequenter absque eo quod censeatur vendere bis rem eandem, aut rem quæ non est &c. quærerit, dum pro mea, quam ex hypothesi à me hic accepit, pecunia; suam assignat à me vicissim recipiendam v. g. Romæ. Ergo pari iure non sum censendus ego, aut quiuis alias, ven-

²⁴
Confir-
mantur
predicat^{as}
ex eo
quod lu-
crum ex
usu pe-
cunia est
Cāpsori
licitum.

92 DE VSU LICITO

Obiect. 4.

dcre bis rem eandem &c.
quamuis ex usu simili mea
pecuniæ quæram lucrum ;
dum eam mihi mox tem-
pore statuto restituendam,
trado utendam interim li-
bere. Paritatis autem ra-
m Nam tio est , m quia id , quod in
cum ille isto casu ego supra sortem
pecuniæ sum accepturus ; non erit
locet pro- aliud , quam præmium lo-
cul , iste locantis hic & nunc meos
locat nummos , seu tradentis eos
proprio contractu locationis , iuxta
dicta num. 9 ; quemadmo-
dum in illo casu id , quod
accipit Campsor supra for-
tem suæ pecuniæ , non est
aliud quam (ut solet de-
finiri , & apud autores pro-
batæ Latinitatis , exprimi

id quod gallice dicimus *le change*) Mensarij nummos suos procul locantis præmium. At vero id quod est locare procul , & id quod est locare prope , non sunt differentiæ quæ mutent naturam contractus locationis , ut puto esse cvidens. Ergo si ex locatione procul , est licitum accipere præmium ; licebit perinde ex locatione prope , siue hic : nec istud erit magis vendere bis rem eandem , vel rem quæ non est &c. quam illud.

Dices primo. Non sequitur, ⁿ quia est discriminem, eo quod Campsor præstat insigne commodum tibi ;

ⁿ Opp
natur
quasi
Campsor
præstet

94 DE USU LICITO

Obiect. 4. nempe efficit ut pecuniam, qua Romæ indiges, habeas Romæ præsentem numeratam, absque molestia ferendi eam, & absque periculo quod esse potest à latronibus in via: commodum vero illud potest Campis tibi vendere (quæ admodum & illud quod, iuxta dicta num. 20, est ponendi loco pignoris vel habendi ad ostentationem &c.) & sic accipere aliquid supra sortem suæ pecunia, quam tibi Romæ numerabit. Non autem sic se habet in casu proposito. Sed in contrarium est, primo quia is cui meam ego pecuniam trado, sæpiusse licet resp. quod sapere removetur periculum

beratur periculo amittendi
 res suas , quatenus eâ acce-
 ptatâ satisfacit violento cre-
 ditori , &c. In contrarium
 secundo est , p quia simili-
 ter ego præsto commodum
 ei , cui præsentem trado
 meam pecuniam ; nempe
 efficio ut pecuniam , qua
 hic indiget seu mercator ad
 mercaturam ; seu pater ad
 filiæ dotem in præsenti sol-
 uendam ; seu quis aliis ad
 res suas faciendas meliores
 &c. habeat hic præsentem
 numeratam absque ulla
 sua molestia , & absque ul-
 lo , ex latronibus , periculo.
 Ergo non est in hoc discri-
 men. Ergo q similiter &
 pari iure potero ego ven-

ObjecT. 4.

amitten-
 di res
 suas.

p Refel-
 litur
 discrimē,
 quia &
 hic pra-
 statur
 cōmodū.

q Quod
 aque vē-
 di potest.

Obiect. 4. dere istud commodum
(præsertim cum id sit lon-
ge maius , quam illud quod
est ponendi loco pignoris,
aut habendi ad ostentatio-
nem) & sic accipere ali-
quid supra sortem meæ hic,
& nunc traditæ pecuniaæ,
eiusdemque (aut æquiva-
lentis) mihi statuto red-
dendæ tempore , vide nu-
mer. 30 & 31.

Dices secundo. Est sal-
tem hoc discrimen , quia
D. Thom. opusc. 73 cap.
13 circa finem ideo cam-
psoriam artem approbat,
Quia , inquit, actus campso-
rius non debet fieri gratis ex
natura sua , sicut actus mu-
sti. Resp. i. Nullam esse
mutui

mutui rationem in eo contractu quem exposui numer. 9, iam saepe contestatus sum ut num. 23 & alibi. Resp. 2. Non magis quam actus campsorius, fieri gratis debet actus iste meus, qui est conducendi alienam operam ad negotiandum pro me; aut committendi ministro pecuniam, ex D. Thoma, supra num. 3, & 4; qui solus actus continetur dicto contractu, quem defendo. Igitur vane obtruditur in hoc discrimen.

OBIECTIO V.

25
robiic.
quasi
hinc de-
tur via
solutiori.
bus opini-
onibus.
& quasi
nulla fu-
tura es-
set usu-
ra.

BIICIES 5. contra prop. 7 : quia si hæc propositio stat , sequitur viam dari apertam probabilibus illis moralis in isto genere solutioris doctrinæ opinionibus ; & revera nullam de facto usuram esse hoc est , lucrum ex usu pecuniae nullum esse illicitum. Atqui hoc est falsum : quia passim tum in scriptura, tum in iure utroque , civili nimirum , & canonico, tum apud Doctores , usuram esse supponit. Ergo &c. Minor non eget pro-

batione; probatur vero se- obiect. 5.
quela maioris. Quia po-
sito quod modus ille utendi
pecunia sit licitus; nullus
hominum est, qui non eum
suis in rebus amplectatur,
quem ita notuit esse lici-
tum: & eatenus nullum erit
ex usu pecuniæ lacrum illi-
citum; hoc est, nulla erit
usura.

26

Resp. ^f negando seque- f Resp.
lam maioris; tum quia quo- neutrum
ad primam partem, ego hinc se-
probabilitatem solutiortum
quaruncunque opinionum
iam, ut puto, reuinxi sa- qui.
tis; id est, ad seuerioris
doctrinæ moralis terminos
reduxi cap. 27 Philosophiæ
Sacrae prop. 30; tum quia

I 2



100 DE VS V LICITO

Obiect. 5. præter eum , quem assigna-
ui pecuniæ usum , quem &
licitum esse comprobavi ;
non desunt alij , qui illiciti
sint , in quibus erit usura ,
si quoquo modo necesse est
in mundo esse usuram , ut
minor intendit : sunt enim
duo præcipue usus pecuniæ
illiciti ; primo ille qui peri-
culum amittendæ fortis
principalis non redimit , aut
operas alienas non com-
pensat ; ac catenus totum
ex pecunia proueniens lu-
crum repetit . Et secundo
ille , qui vel periculum non
redimit pretio sufficienti ,
vel operas alienas non satis
compensat ; id est , excedit
in ea parte lucri , quam re-



petit , exigens nimirum amplius , quam sit rationi, aut legibus consentaneum.

27

Et hinc patet , quid ad sequelæ probationem dicendum sit. Jam enim constat plures esse , ac varios pecuniae usus : & non sequitur nullum esse contra leges , aut contra rationem ; quamuis ille de quo nunc disputatur , non sit huiusmodi , sicut non sequitur nullum esse furti (seu acceptio rei alienæ invito domino) peccatum ; ex eo quod acceptio huiusmodi non sit peccatum in casu aliquo extremæ necessitatis : item sicut non sequitur nullum fore luxuriæ pecca-

^t Nec
ideo non
esset usu-
ra , cum
alij sint
pecunia
usus , qui
possunt
esse usu-
ra;

102 DE VS V LICITO

Obiect. 5. tum , ex eo quod fœminæ usus intra matrimonij leges est licitus. Et addo ,^u contractus esse alios non infre-
*plures
usurarij
sint con-
tractus ,
in qui-
bus nulla
interue-
nit pecu-
nia.* quenter usurarios , in quibus tamen usus pecunia nullus intervenit ; adeo que lucrum ex usu pecunia nullum. Exempli causa , si quis indigenti commodet hyeme tritici modios duos , eo pacto ut sibi tres reddat in messe. Et pari modo si quis villico tradat ovium gregem , cum onere ut villicus eum suo & impendio pascat , & seruet periculo ; integrum quidem quoad capitale redditurus unâ cum dimidia parte fructuum omnium inde provenien-

tium ; alteram vero partem dimidiam eorundem frumentum recepturus ipse pro mercede. Mitto alia similia exempla.

Ex his vero consequens est primo ^x usuram uniuersaliter sumptiam , non esse lucrum ex usu pecuniae præcise ; cum , ut iam dixi , usura sit etiam extra pecuniae usum omnem.

Secundo inde ^y consequens est usuram verius esse non modo lucrum ex mutuo proprio sumpto iuxta dicenda num. 29 ; sed etiam lucrum ex usu cuiuscunque rei ad utendum concessæ immodicum , scilicet cum grauamine proximi ta-

^x Usura
uniuersaliter
sumptiam non
est lucrus
ex usu
pecuniae
præcise.

^y Quid
sit usurra
uniuersaliter
sumptiam ?

Obiect. 5. li act tanto , quale vel quantum neque lex , neque recta ratio permittunt ; ut es- set lucrum ex usu diurno equi meritorij superans, puta duplum vel triplum soliti , quod est v. g. 20 solidorum, cæteris paribus.

Tertio ad propositum ,
z Cœstu-
ditur
nullum
esse obie-
ctionis
momen-
tum. z inde consequens est non ideo nullam fore usuram, ut obiectio ingerit , quod usus ille , quem dixi , pecuniae sit licitus. Igitur obiectio ista s. nihil facit contra prop. 7.

OBJECTIONE VI.

OBJICES 6. contra
prop. eandem 7. lu- 28
crum ^a ex mutuo , ac vi ^a Obiecto.
mutui, est contra iustitiam; ^{quasi lu-}
& prohibitum iuxta illud ^{crum hoc}
Christi , Luc. 6 ^{mutuo,} *Mutuum adeoque*
date , nihil inde sperantes. vetitum.
Et iuxta decretum Alexan-
dri VII , de die 18 Martij
ann. 1666 ; in quo propo-
sitio ista , quæ inter alias
damnatas est 42 , *Licitum*
est mutuanti , aliquid ultra
soritem exigere ; si se obliget
ad non repetendum soritem us-
que ad certum tempus , ut

Obiect. 6.

minimum tanquam scanda-
losa damnatur , & prohibe-
tur ; & is qui eam docuerit,
defenderit , ediderit , feri-
tur excommunicatione re-
seruata ipsi Summo Ponti-
fici . Pecunia vero naturæ
talis est , ut usus eius prin-
cipalis (quemadmodum ait
D. Thom. art. 1 ad 6) sit
distractio in commutationi-
bus. Vnde quia , secluso
isto usu , qui est commu-
tandi , siue emendi & ven-
dendi ; non superest aliis,
quam is , qui est mutuum
dandi : quatenus contractus
omnis negotiandi , est con-
tractus , formaliter aut æ-
quialenter , emendi atque
vendendi ; ille autem , quem

ego dixi , est negotiandi. Obiect. 6.
Consequenter, quia in con-
tractu , quem ego volo,
non fit commutatio , neque
emptio ; ut puta quia , ut
dixi , non transfertur do-
minium proprietatis , ut in
emptionibus , & commuta-
tionibus fit. Necesse est,
ut in eodem contractu sola
mutui ratio locum habeat,
non autem ratio negotij.
Atqui ex mutuo , ut dictum
est, non licet lucrum refer-
re. Igitur &c.

Respondeo primo hæc
nihil facere ^b contra prop.
7 ; quia , ut iam satis expo-
sui , contractus de quo est
ea propositio , non est con-
tractus mutui , sed condu-

^b Resp.
negativa.

Obiect. 6. Et i & locati ; videlicet alienæ ad negotiandum conductæ ac locatæ operæ : vel (quod eodem redit) contractus commissionis iuxta
D. Thom. supra num. 3.

29 **Resp. 2** Respondeo tamen 2, tum
explicat ut nihil spernere videat,
quid sit cum etiam ut res ista fiat
mutuum clarius , præsertim quoad
proprie, contractum , qui est mutui;
& im- & prout is differt à contra-
proprie. ctu seu commissæ pecunia ,
ut dictum est ; seu condu-
ctæ ad pro me negotian-
dum alienæ operæ. Itaque
ad maiorem respondeo cum
D. Thoma , qui in resp. ad
4 sic ait , dare mutuum non
semper tenetur homo ; & ideo
quantum ad hoc , ponitur in-

ter consilia. Et addit S. Doctor, Sed quod homo lucrum de mutuo non querat ; hoc cadit sub ratione præcepti. Unde & ego similiter dico non licere lucrum sumere ex mutuo. Imo rationem, ut puto, à priori assigno quare lucrum ex mutuo sumere sit natura sua illicitum. Et ratio est hæc, quod nempe contractus mutui proprie sumitur, cum alteri pecuniam meam (& perinde quiduis aliud meū) ea pacti lege trado, ut capitale mihi reddatur solum absque ullo emolumenti ex eo consequentis genere ; quod est pecuniam (& simili modo rem aliam quam-

Maig. De usu Lic. K

110 DE VSV LICITO

Obiect. 6.

libet) gratis utendam tra-
dere ; quatenus ita conue-
nit inter nos , ut nec possim
ego , qui pecuniam trado ,
recipere aliquid ultra sor-
tem ; nec ille , cui trado ,
teneatur aliquid ultra sor-
tem principalem soluere :
quod idem est , ac mutui
actum debere ex natura
sua fieri gratis ; iuxta do-
ctrinam D. Thomæ relatam
*d Ratio
à priori
cur lu-
crum ex
mutuo
proprtie,
sit illici-
tum.*
num. 24. Cum autem ^d hoc
ita sit , liquet non alio ex
capite sumendam esse iniu-
stitiam lucri ex mutuo ;
quam quia vi contractus
istius (expresse vel tacite)
sic initi , nullum debet
esse mihi lucrum ex pecu-
nia , seu alia re , quam sic

tradidi : hoc est , quia lu-
crum , si quod nihilominus
exigere præsumam , erit
contra tenorem contractus ;
& sic non poterit non esse
iniustum ; subindeque illi-
citum : quatenus agere con-
tra conditionem iusti con-
tractus , est iniustum : iste
autem gratuitus mutui con-
tractus , est (ut suppono)
hic & nunc iustus : quia sup-
pono nihil esse ex mea vel
alterius parte , quo forte im-
pediar ne meam ita gratis
utendam , alteri pecuniam ,
aut rem aliam , tradam .
Quoad illud vero Christi ,
Mutuum date , nihil inde
sperantes ; quod scilicet non
modo secundum priorem

112 DE VS V LICITO
Obiect. 6. partem seorsim ; sed etiam
quoad totum sumptum per
modum unius , non conti-
neat nisi consilium ; vide
inferius à num. 45.

30 His positis distinguo ma-
e Hinc iorem. Lucrum *e ex mutuo*
in forma proprie ; siue ex re prout
resp. ob- expresse vel implicite gra-
tis tradita , est illicitum.
concedo maiorem. Lucrum
ex mutuo impropre ; siue
ex re non gratis tradita ,
licet alioqui tradita cum pa-
cto & iure eandem (in sub-
stantia aut in æquivalente)
repetendi ; atque insu-
per tradita cum contra-
ctu conductæ alienæ ad
negotiationem pro me e-
xercendam operæ ; est illi-

citum : nego maiorem. Sic ^{objicit.} enim licite repeto cum parte fructus aut lucri meam vineam , & meum agrum , & mea vasa argentea , ut concedit D. Thomas art. 1 ad 6 ; imo (ut ibidem ille concedit) pecuniam signatam meam concessam alteri usuro *ad ostentationem* , vel *ad ponendum loco pignoris* ; de qua & subdit , *Et talem usum pecuniae licite homo vendere potest.* De his vide num. 33 , & 37 .

Interim vero f ut argumentum hinc ego pro me sumam ; aduerte duobus modis tantum sumi posse verba hæc D. Thomæ *Ad ponendum loco pignoris* : pri-

f *Et sumitur argumentum ex verbis D. Thom.*

114 DE VS V LICITO

objec. 6. mo scilicet ut significant pecuniam , quam ex hypothesi ego tradidi Petro u-tendam ; sic à Petro poni loco pignoris , ut illa ipsa secundum rem sit pignus ; vel secundo ut significant non illam quidem quoad se esse pignus ; sed ponitamen quoad se loco pi-gnoris ; hoc est , loco & vice eius rei (nempe ad eam li-berandam) quæ vel iam prius posita erat , vel certe ponenda fuerat in pignus : casu v.g. quo Petrus in bel-lum profecturus emerit e-quum centum aureis ; quos cum non haberet præsen-tes , tradiderit interim ad securitatem , & eatenus in

pignus , duo iuga boum : obligat. 6.
sed mox animaduertens
magnum suis agris fore
detrimentum ex defectu
boum ; sumat à me , pecu-
niâ numeratâ , centum au-
reos ad ponendum loco &
vice dicti pignoris , nempe
loco & vice boum ; hoc
est , ad boues illos ab obli-
gatione pignoris liberan-
dos.

At si dicatur istud secun-
dum. Cogita Lector num
ex natura rei sit æque con-
sentaneum iuri , ut cum li-
ceat (autore D. Thoma)
pecuniæ centum aureorum ,
ad ponendum loco & vi-
ce boum oppigneratorum ,
concessæ usum vendere : pa-

ri modo licitum sit vende-
re usum concessæ imme-
diate ac simpliciter ad so-
lutionem illius ipsius de-
biti , pro quo positum fue-
rat pignus boum ; nempe
solutionem pretij pro equo
empto ; sicut pro eodem
debito positum fuerat pi-
gnus boum. Cum autem ,
ut hinc patet , centum au-
reos concedere pro libe-
randis bobus (& sic de aliis)
sit in re idem ac aureos
illos concedere ad premium
empti equi soluendum ; &
eatenus ad emendum e-
quum : consequens est non
posse non licitum esse ven-
dere usum pecuniæ conce-
ssæ ad istud , si est vere lici-

tum vendere usum concessus ad illud. Et pari ratione, si est licitum vendere usum pecuniae concessae ad commodum liberandi pignoris; item ostentationis, in alio casu D. Thomae. Erit à pari licitum vendere usum concessae ad aliud simile commodum; imo à fortiori, concessae ad aliud maius commodum, at ad suppeditandam oportune dotem filiae, ad alendam familiam; ad sustinendam litem, ex qua plurimū fortunae pendent; denique ad res suas aliquo modo faciendas meliores.

Si vero dicatur primum; nempe si pecunia ipsam esse sit pignus; videlicet (quia

118 DE VS V LICITO
Obiect. 6. id potest fieri duobus mo-
dis) primo tanquam id quod
creditori datur ad securita-
tem aut fidem { ut dicitur)
debiti : vel secundo tan-
quam id quod inter duo
contendentes, apud seque-
strum deponitur , ut fiat vi-
etoris : utroque enim modo
dicitur aliquid in pignus
dari. At quoad primum qui-
dem non est consuetudo,
ut ad securitatem aut fi-
dem debiti , pecunia de-
bito æqualis detur cre-
ditori ; sed potius dari
hæc solet ad solutionem ip-
sius debiti. Ergo hoc modo
pecunia non solet in pignus
dari , aut (verbis Diui Th.)
poni loco pignoris : aut igi-

tur non de eo genere pigno- obiect. 6.
ris intelligendus est D.Tho-
mas; vel pro me facit, ob
rationem, quam statim da-
bo. Et quoad secundum, et si
pecunia soleat ita in pignus
dari, non video quæ ratio
esse possit ob quam liceat
vendere usum pecuniæ in
pignus à contendentibus
deponendæ ut fiat victoris
tanquam eius præmium,
& multa victi; vel etiam
(si sic optes) à debitore
tradendæ creditori, præci-
se ad securitatem & fidem:
non liceat autem vendere
usum dandæ immediate
hinc ad solutionem ipsius
debiti, hinc ad multam
victi, & præmium victoris.

Dices. Ratio est, quia pecunia , quando vel traditur à me , vel conceditur tradenda ab alio in pignus non consumitur illo usu , quatenus ego tunc dimitto cius dominium ; & sic illa manet mihi semper mea : non autem ita mihi manet mea , quando illam concedo ut tradendam pro ipsa debiti solutione ; tunc enim fit creditoris , desinitque esse mea , & eatenus distrahitur , seu consumitur illo usu .

Sed contra primo , quia perinde fit victoris in secundo casu , ac fit creditoris in primo . Ergo si ad istum ideo censetur consumi usu ; cencenda

cencenda pariter est ideo Obiect. 6. consumi usu quoad illum : quia pariter in utroque , ut sit alterius , ita desinit esse mea. Ergo vel neuter casus ob hanc rationem est licitus ; vel , eadem nequicquam obstante , licitus est uterque.

Contra secundo ; quia, ut dixi , non solet pecunia, debito æqualis , poni ad securitatem , aut fidem contracti debiti pecuniâ æstimabilis ; sed potius ad solutionem. Sed (quidquid sit de hoc) contra tertio ; quia in contractu de quo agitur , iuxta dicta num. 9, is qui pecuniam suam alteri tradit utendam , tradit re-

Maig. De usu Lic. L

122 DE VS V LICITO

Obiect. 6. tento sibi dominio proprietatis , quod in eam habet (ut iam toties dictum est) ergo illa hoc usu non consumitur. Ergo &c.

*g Hic
resp. ad
instantiā
factā ex
decreto
Alexan-
dri VII.* Et ex his porro , g quæ de mutuo dixi tum num. 29 , tum distinguens maiorem initio istius 30 , facile intelligitur propositionem illam 42 in decreto Alexandri VII. esse merito damnatam ; cum ex dictis num. 29 contra iustitiam sit lucrum quocunque , ac etenus quacunque condizione exigitur vi mutui propri sumpti ; quale expresse continetur sub particula *mutuanti* in dicta propositione. Verum (ut obie-

ctioni quoad hoc satisfa- Obiect. 6.
ciam) in contractu pro quo
ego dispuo , nullus huius-
modi mutuo locus est ; cum
ille sit solum contractus
conductæ ad pro me nego-
tiandum alienæ operæ &c.
adeoque ex eius propositio-
nis damnatione vim ad pro-
positum nullam sumere po-
test obiectio.

Atque hæc pro respon-
sione ad maiorem sextæ hu-
ius obiectionis.

Ad minorem autem dico 31
per h pecuniæ usum illum h Si lu-
principalem non excludi crum su-
utrunque istum , quem di- mere li-
xi hactenus ex D. Thoma:
& similiter , imo à fortiori , cet ex
non excludi alium , quem pecunia
ad offen-
tationem
locata ,
licebit

Obiect. 6.

Ex locata ad maius commodum. dixi , conducendi alienam ad negotiandum operam . Nam si licite possum cum spe lucri , commodare , seu locare pecuniam *ad ostentationem* , *vel ad ponendum loco pignoris* ; quo genere pecunia nihil per se confert utilitatis ei , cui ipsam commodo : quare non liceat cum spe item lucri , quasi commodare , quasi & locare , seu tradere alteri ad negotiandum , conducta mihi in hunc finem eius opera : quo genere illi crescit pecunia , cui eam ita commodo , loco , trado ? Certe à fortiori , ut dixi , propter hoc ipsum licet mihi istud , si licet illud ;

licet vero illud autore D. Obiect. 6.
Thoma. Ergo &c.

Nec i obstat id quod in
obiectione dicitur contra-
ctum omnem negotiandi
esse contractum emendi &
vendendi &c. ac eatenus
importare pecuniæ distra-
ctionem cum abdicatione
dominij proprietatis ; in eo
autem contractu , quem
dixi , retineri hoc domi-
nium ; ideoque non esse il-
lum emptionis & venditio-
nis ; ac propterea non esse
posse eum nisi mutui con-
tractum. Non , inquam,
id obstat ; quia in primis
non sequitur quod esse de-
beat contractus mutui pro-
prie sumpti : quamuis enim

Obiect. 6. cum contractu mutui conueniat in eo quod sortis principalis repetendæ importat ius, proindeque proprietatis dominium haud abdicatum; ab illo tamen differt in eo quod non gratis utendam pecuniam tradit alteri; sed utendam ei concedit conductâ ipsius ad meam negotiationem operâ; vel concedit ut commissam in sententia D. Thomæ relati numero 3,

& 4.

33

I Cōtra-
cōtratus iste
est suo
modo cō-
tratus
emptio-
nis, quia
est cōdu-
cōtratus.

Præterea vero ¹ contractus iste licet emptionis rationem non habeat secundum quod capitale ipsum tempore præscripto repetendum importat; habet

tamen secundum quod integr*Obiect. 6.*
tegri , ex annuo solito prouentu , fructus quem supponebam esse quindecim , partes decem tradit ; hinc scilicet quinque pro assecratione mei principalis ; hinc etiam quinque pro pretio alienæ industriæ , atque operarum : & sic tertiam partem dominij utilis mihi vendicat : hoc est , tertiam partem totalis ex ea pecunia ad negotiandum data , seu commissa provenientis fructus , facit meam ; videlicet merito meam deductis , ut num. 3 , & 4 dicebam , deducendis , nempe hinc pro assecratione , hinc pro pretio ope-


128 DE VS V LICITO
 rarum &c. Ut sic autem
 est vere emptio , secundum
 quod est operæ alienæ ad
 negotiationem pro me a-
 gendam conductio : ut sic
enim emo ius , quo tenetur
 suam ille mihi operam na-
 uandam exhibere ; illaque
 ut sic fit mea , iuxta dicta
 num. 11 & 12.

Corollarium.

³⁴
*m Non
 tamen
 ex pecu-
 nia lu-
 crum su-
 mere li-
 cet anti-
 cipato.*

ATQUE ^m hinc intelli-
 ges , tertiam hanc to-
 talis anni proventus par-
 tem sic posse pro lucro se-
 cundum ista principia legi-
 time , liciteque accipi ab
 eo , qui pecuniam suam eo

titulo ad annum utendam ^{Obiect. 6.}
concessit; ut per se loquen-
do non possit licite recipi
anticipato. Et ratio est,
quia non alio quis titulo
eam recipit licite, nisi quia
duabus aliis tertiiis datis
hinc redimit periculum,
hinc emit operas &c. ut di-
ctum est. Atqui duo hæc
non præstitit anticipato. Er-
go &c.



OBJECTIO VII.

 BIICIES 7. contra
candem prop. 7. Nil ³⁵
tam ⁿ solenne est in his mo- ⁿ Obiect.
ralibus, quam quod utro- ^{quasi} ^{hoc lucrum}

Obiect. 7.

que iure , nempe ciuili &
fit ex re canonico , damnetur pro-
cōsum-
ptibili hibeaturque usura ; id est,
ipso usu lucrum hinc ex usu rei , usu
 ipso consumptibilis ; hinc
 ex mutuo ; quasi pretium
 usus , & quasi mutui pre-
 tium . Atqui lucrum om-
 ne , quod ex usu pecunia
 est , est lucrum hinc ex usu
 rei , usu ipso consumptibi-
 lis ; hinc ex mutuo , velut
 pretium huius & illius . Er-
 go lucrum omne , quod ex
 usu pecuniae est , est iure
 utroque damnatum , atque
 prohibitum velut per se
 malum . De maiori non est
 dubium : probatur minor
 primo . Quia enim ^o pe-
 cunia non gignit pecu-
 nia .

niam ; consequenter non est ferax lucri. Ergo cum eam quis alteri tradit, non alio eam titulo tradere potest, quam titulo doni aut mutui. Probatur secundo minor eadem , hinc scilicet, quia D. Thomas citatus docet & probat pecuniam esse usu consumptibilem : hinc quia, cum sit usu consumptibilis, non est idonea, ut alteri quis eam tradat alia conditione, quam vel donati, vel mutuati. At non traditur hic titulo donati, ut ex eo patet, quod facta donatione, non potest pecunia repeti, nec exigi lucrum ex ea. Supereft igitur ut pecunia

132 DE VS V LICITO
Objec^t. 7. hic tribuatur solo mutui ti-
tulo. Ergo lucrum ex ea
ductum, est lucrum ex mu-
tuo, & mutui pretium.

Respondeo primo ne-
gando minorem; & ad eius
probationem primam dico
36 p R^esp. duo ; primum p est. Nec
vineam similiter vinea vineam gig-
non gig- nit , nec ager agrum : & ni-
nere vi- hilominus opera villici à
neam. me iusto pretio conducta
gignit mihi fructus ex agro
meo , & vinea mea ; quæ
is , iure locatæ suæ ad id
operæ , pro me , sive in
meam utilitatē colit. Hinc
autem fit à pari, ut quamvis
pecunia non gignat pecu-
niā , tua nihilominus ope-
ra iusto à me pretio con-
ducta,

ducta , & eatenus facta
mea gignat mihi lucrum ex
mea pecunia , secundum
quod tu cum ea , iure loca-
tæ ad hoc operæ tuæ , pro
me siue in meam utilitatem
negotiaris. Secundum est.
Pecunia non gignit pecu-
niā partu immediato ;
concedo : non gignit pecu-
niā partu mediato ; id est
per eas res , quæ per pecu-
niā seu per numismata
sunt acquisitæ iusta com-
mutatione , iuxta doctrinam
D. Thomæ citati nu-
mer. 4. Nego. Cætera , quæ
sunt eiusdem probationis
primæ , solvam statim
ad 2.

Ad 2 itaque eiusdem mi- 37
Maig. De usu Lic. M

Objet. 7.

q Resp. *etiam esse pecunia usū, quo illa non consumitur, sed multiplicatur.*
 noris probationem q re-
 spondeo , ut iam dixi nu-
 mer. 20, & 21 , esse (auto-
 re etiam D. Thoma) pe-
 cuniæ usum aliquem , &
 quidem licitum , quo illa
 non consumitur. Et de fa-
 cto pecunia usu isto, qui est
 negotiatio per alienam con-
 ductam operam , non ma-
 gis consumitur ; quam ille,
 qui est negotiatio per pro-
 priam operam. Non ergo
 minus est eo ex capite li-
 citum negotiari cum pro-
 pria pecunia per alienam
 ad id conductam operam ;
 quam negotiari per pro-
 priam operam cum aliena
 pecunia ad id acceptata , ut
 dicebam num. 21 , imo

conducta , ut paritas ad propositum sit maior. At qui ¹ istud licere , tum ex natura rei videtur esse perspicuum ; tum probatur ² quia D. Thoma autore , intelligitur licitum esse pecuniam (ut non semel retuli) ad ostentationem , & ad ponendum loco pignoris , conducere ; id est , pro ea sibi commodata , seu pro illius usu pretium dare. Hinc autem infero sic. Ergo à pari , imo (ut innuebam num. 31) à fortiori , licitum est conducere alienam operam ad negotiandum ; vel (si sic vocare placeat) locare suam pecuniam ad negotiandum per alienam

r. Licit
vendere
usum pec-
unie ad
ostenta-
tionē cō-
cessā; igi-
tur à
fortiori
concessā
ad nego-
tiat.

Obiect. 7.

136 DE VS V LICITO
operam. Et patrocinatur
clare D. Thomas relatus

38 num. 3.

*f Prob.
quod à
fortiori,
ob maius
sēmodū.*

Dixi à fortiori sūt & su-
perius dixeram (sed sāpius
insinuasse iuvat) quia com-
modum illud ex pecunia
conducto relatum , quod
est ostentatio &c. sine du-
bio multo minus est , quam
illud quod est negotiatio
per pecuniam dicto modo
conductam instituta , vi cu-
ius , seu cuius arte non tan-
tum non consumitur pecu-
nia ; sed etiam augetur , &
multiplicatur. Non est au-
tem ratio cur minoris com-
modi pretium dare liceat ,
& non liceat maioris. At si
licitum est dare , licitum

etiam est accipere , quan-
tum est ex natura rei ; cum
hæc sint correlata. Ergo si
mercatori cuiquam licitum
est pecuniam alienam con-
ducere ad negotiandum per
propriam operam , & pre-
tium pro isto pecuniæ con-
ductæ usu dare : licitum
etiam est alteri mercatori
locare suam pecuniam ad
negotiandum per alienam
operam ; & pretium pro
isto locatæ suæ pecuniæ
usu recipere. Hæc ad prior-
rem secundæ probationis
minoris instantiam : nunc
ad secundam , quæ est de
mutuo ;

Et dico ^t pecuniam , se- 39
cundum quod ex dictis , ^{t Pecu-}
^{mia, prout}

Obiect.7. 138 DE VS V LICITO
est usu idonea est, ut habeat usum
multipli- aliquem sui talem, quali
cabilis, non tantum non consuma-
poteſt da- tur; sed etiam augeatur &
ri titulo multiplicetur: secundum
non mu- hoc etiam esse idoneam,
sui. ut non modo tradatur ti-
tulo donationis aut mutui;
sed etiam alio, qui est lo-
cationis, aut quasi loca-
tionis ad negotiandum per
alienam operam: vel po-
tius, qui in re est (ut non
semel dixi) conductionis,
alienæ ad negotiandum
operæ; aut commissionis,
iuxta dicta num. 3 ex D.Th.

jo Respondeo 2 distin-
guendo maiorem. Cum
prohiberi enim u illud ultro conce-
lucrum dam, quod dicitur utroque
ex usu iure prohiberi, damnari
pecunia,

que usuram ; illud distinguo, quod in maiori subdividitur, *id est*, lucrum hinc ex usu rei &c. sic autem distinguo. Damnatur, & prohibetur lucrum ex usu, seu pretium usus rei, usu consumptibilis, secundum quod hæc res est usu consumptibilis ; concedo maiorem. Istud enim est usura damnata & vetita. Damnatur, & prohibetur &c. secundum quod hæc res habet usum sui alium, quo non consumitur, sed è contra multiplicatur ; quemadmodum ostensum est de pecunia per artem negotiandi; nego maiorem. Istud enim non est usura damnata illa, & vetita. Item quoad

quæ est
usu con-
sumpti-
bilis, non
quæ est
usu mul-
tiplica-
bilis.

Obiect. 7. aliam partem, & damnato:
 x Item & prohibetur lucrum ex
 damage & mutuo, seu mutui præmium;
 turlucrū ex mutuo, distinguo. Mutui proprietate
 ex mutuo pro ac stricte dicti, ut explicatum est num. 29 & 30; con-
 prie, non improprie, concedo maiorem. Mutui sum-
 pti improprie, ut etiam ibi,
 (& num. 32) explicui; ne-
 go maiorem: & ratio utriusque ibidem data est.

Cōfir. ex Can. Confirmatio predictorum ab autoritate
 Canonum.

41
 y In de-
 cretal.
 Pontifex
 mandat
 fieri con-
 tradictum
 omnino
 similem.

Confirmatur y ista so-
 lutio , simulque om-
 nia , quæ de contractu , vel
 usu pecuniæ proposito dicta
 sunt hactenus ; ex eo quod

lib. 4 decretal. titulo 20 de
donationibus inter virum
& uxorem cap. 7. Per ve-
stras, ita loquitur Pontifex
Innocentius tertius, *Man-*
damus quatenus dotem assi-
gnari faciatis eidem sub ea,
quam potest, cautione præ-
stare: vel saltem alicui mer-
catori committi, ut de parte
honesti lucri dictus vir onera
possit matrimonij sustentare.
Vbi anno annoto contractum,
qui cum eo mercatore in-
eundus est, ut honesti lu-
cri, ex ea (quam sibi com-
missam suscipit) pecunia
dotali, prouenientis partem
conferre teneatur in susten-
tationem onerum matrimo-
nij; quamque proinde lici-

Confir.
ex Can.

142 DE VSV LICITO
Confirm. ex Can. te possunt vir & vxor, ve-
lut sibi legitime ex usu sua
pecuniæ obuenientem re-
cipere: alioqui non id man-
daret Pontifex in eorum
subsidiū: contractum, in-
quam, illum, eundem om-
nino esse cum eo, dequo
ego num. 9 &c.

42 Nam in primis ^z pecu-
_{z Nam ex eo man-} niam dotalē sibi commis-
_{datō mer-} sam ita suscipit mercator,
_{cator su-} ut eam saluam, & integrā
_{scipit pecu-} seruare teneatur suo non
_{cuniam} viri, aut uxoris periculo.
_{dotalē} sic namque docet Hostien-
_{suo peri-} sis (num. 14 citatus) his
verbis, *Nec enim intelligen-
dum est, quod dos committa-
tur mercatori, periculo viri &
mulieris.* Idemque confir-

mabitur num. 44 ex Pa-^{Confirm.}
normitano , quem refe-^{ex Can.}
ram.

Deinde a pecuniæ dota-^{a Necta.}
lis commissæ dominium ^{men ac-}
proprietatis non transfertur ^{cipit do-}
in mercatorem, cui ea com-^{minum}
mittitur. Nam ea vox Pon-
tificis *Mandamus committi*
&c. non importat huius-
modi translationem : nec
similiter alia vox in titulo
Deponetur dos apud mercato-
rem : quod & confirmatur
ex eo quod , ut dictum est ,
pecunia hæc dotalis com-
missa fuit , ac deposita sub
periculo non viri nec uxo-
ris &c. Igitur eius pecuniæ
dominium proprietatis ma-
net penes virum & uxore.

144 DE USU LICITO

Confirm.
ex Can.

b Sed so-
lum uti-
le, salte
partiale.

Tertio ^b ciuidem pecu-
niæ sibi commissæ , aut
apud se depositæ domi-
nium utile, saltem partia-
le accipit mercator in se
translatum : quatenus vi
contractus , quo eam pecu-
niam suscipit, non tenetur
nisi partem fructus seu lu-
cri honesti dare viro &
uxori. Ergo retinet sibi ius
in reliquam partem.

c Et vi
buius cō.
tractus
operam
suam lo-
cat ad
negotian-
dum pro
viro &
uxore.

Quarto ^c vi huius con-
tractus operam suam locat
mercator ad negotiandum
pro viro , & uxore. Adeo-
que vi eiusdem contractus
eandem mercatoris ope-
ram sibi conducunt vir , &
uxor ; ut scilicet mercator
per eam in ipsorum utilita-
tem

rem exerceat negotiatio-
nem ex dotali pecunia : &
certò reddat partem illam
honesti lucri. Conducunt,
inquam , sibi mercatoris
operam ; ac simul pericu-
lum amittendi capitalis
(quod est dotalis pecunia)
redimunt : quatenus cum
honesti lucri non nisi par-
tem unam recipiant ; reli-
quam , aut reliquas condon-
nant pro pretio eius ope-
ræ , simulque pro pretio
assecurati capitalis.

Cum itaque ^d conditio-
nes istæ singulæ & omnes
in contractu , quem sum-
mus Pontifex veluti licitum
approbat (utpote quem ini-
ri mandat) eadem sint , ut

Confirm.
ex Can.

*d Cum
eadē sint
utriusq;
contra-
et us con-
ditiones :
ergo hi
sunt si-
miles.*

Maig. De usu Lic. N

Confirm. perspicuum est, cum illis,
ex Cap. quas ego inclusi in contra-
 ctu, quem hactenus expo-
 sui, ut videre est num. 9.
 Consequens est istum æque
 ac illum esse licitum;
 cum sit eiusdem cum eo
 naturæ, utpote conditio-
 nes penitus easdem com-
 plectens.

*Effugium quoddam
 præcluditur.*

43 **D**ices. Facultas ista
 Pontificis, vel man-
 datum, est quid peculiare
 in fauorem matrimonij; alias
 enim casus non est licitus.

At in contrarium est pri-
mo , e quod vix ullus oc-
curret pecuniæ , ad partem
honesti lucri mercatori cō-
mittendæ casus, in quo non
sit pecunia vel proprie do-
talis ; vel impropre saltem ;
id est, aliquo modo in bene-
ficium , & subsidium one-
rum matrimonij ; aut æqui-
ivalentium illis ; puta ad one-
ra tuendæ ac sustentandæ
vitæ propriæ , aut similia ;
quæ non minoris momenti
sunt , quam onera tuendæ
vitæ filiorum &c. ut est in
vidua , vel etiam virgine
&c.

Secundo in contrarium
est , f quod electio medij
natura sua mali , est mala

Confirm.
ex Can.

e Refelli-
tur pri-
ma quod
quis di-
cit id es-
se parti-
culare in
pecunia
dotali.

148 DE VS V LICITO

Confirm.
ex Can.
*se mali
non potest
fieri bona
ex fine.*

& illicita ; neque potest fieri licita & bona , ex bonitate finis intenti ; iuxta dicta in Philos. sacra cap. 27 prop. 21. Ergo electio dicti contractus , quo ex mandato summi Pontificis , pecunia dotalis mercatori committitur &c. in finem subueniendi oneribus matrimonij , non est electio medij secundum se mali , & natura sua illiciti : alioquin esset ipsa quoque mala , & illicita ; & (quod absurdum est) Pontifex mandasset fieri rem natura sua malam , quando mandauit committi mercatori eam pecuniam ; adeoque fieri eum contractum. Non est

igitur contractus iste solum
ex priuilegio matrimonij
bonus , natura autem sua
malus & illicitus ; sed è con-
tra , omnino est natura sua
licitus & bonus.

Tertio in contrarium est, 44
g quod ad idem cap. Per ^{g Refell.}
vestras, annotatur his ver- ^{3 ex Pa-}
bis , Hoc dicit secundum in- ^{normita-}
tellectum quem tenet Panor-
mitanus in hærendo verbis
literæ. Et est casus notabilis,
& quotidianus. Panormita-
nus vero ipse ad idem cap.
sic ait. Item nota casum sin-
gularem , qui non est alibi de
iure canonico ; quod ex pecu-
nia deposita apud mercatores
licite possit capi pars honesti
lucri : & sic ex pecunia cura

Confirm.
ex Can.

150 DE VS V LICITO
*ministerio alterius potest per-
ueniri ad honestum lucrum. Et
paucis interpositis, sed qua-
ro, ait, qualiter fiet ista de-
positio apud mercatorem? Et
subdit, Quod mercator pre-
stabit cautionem de pecunia
integraliter restituenda, &
de parte lucri reddenda; ita
quod compensatio lucro cum
damno, de eo quod supereft
de lucro, soluatur certa pars
pro oneribus matrimonij fu-
stentandis. Et mox, Ex hoc,
inquit, infertur unum mira-
bile; ut pecunia possit deponi
apud mercatorem cum hoc,
ut capitale semper sit saluum,
& quod de lucro soluatur cer-
ta pars. Et post aliqua in-
teriecta, Nec est, inquit,*

speciale in pecunia dotali , Confitemur
ut quidam semniarunt ; quia ^{ex Can.}
etiam pro redimendis capti-
uis non licet fenerari . Quasi
diceret , si casus iste secun-
dum se contineret usuram ;
non esset licitus in pecunia
dotali ; eo quod nec esset
licitus pro redimendis ca-
ptiuis , quod est maius :
quandoquidem nusquam li-
citum est id quod usuram
importat . Vnde est , ut
merito concludam casum
istum , secundum se , ac
non solum ratione dotis ,
immunem esse à labe usu-
ræ : adeoque licitum esse
non modo quando fit in fi-
nem subueniendi oneribus
matrimonij ; verum & uni-

152 DE VS VI LICITO
Inst. I. uersaliter , quando fit in
alium quemlibet finem ho-
nestum.

INSTANTIA I.

*Ex verbis Christi facta
soluitur.*

45 **D**I C E S . Vt quid h er-
h obiic.
illud
Christi
mutuum
date &c.
go Christus usuram
damnans , mutuum date
iubet Luc. 6 , Mutuum date,
nihil inde sperantes ? Et
quare etiam alibi scriptura
damnans pari modo usu-
ram , eum è contra laudat,
qui pecuniam suam non de-
dit ad usuram ; & munera
super innocentem non accepit

si reuera non usura est id ^{Inst. 1.}
quod est pecuniam suam
dare, & aliquid inde spe-
rare?

Respondeo. Ad illud i*Resp. ibi
contineri*
Christi iam num. 29 cœpi
cum D. Thoma dicere, id *solum cō-
siliū,*
quod est *mutuum date*, non *sicut in
iste Vo-
uete &c.*
esse præceptum, sed so-
lummodo consilium: nunc
autem addo ex quo idip-
sum facile quiuis intelli-
gat; & simul putet satis-
factum isti sic proposito
quaesito: nempe id facile
intelliget in isto simili, Psal-
mo 75, *Vouete*; & *reddite
Domino Deo*, &c. Nemo
enim est, qui vota non
existimet esse solum de
consilio; quamvis tamen

154 DE USU LICITO
de præcepto sit, ut vota
iam facta reddantur. At
si bene quis hoc atten-
dat, non habebit ille un-
de miretur, aut patiatut
difficultatem in eo quod
D. Thomas docet id quod
est *Mutuum date* (intelle-
ctum de mutuo proprio
sumpto iuxta dicta n. 29)
non esse nisi de consilio
(respectu, inquam, eius
cui nihil debeo, ut num. i
dixi) quamuis ¹ de præ-
cepto sit id quod est *Nihil
inde sperantes*; prout nem-
pe ex mutuo proprio, sum-
pto nihil sperare licet, se-
cundum vim ipsam, & na-
turam contractus de mu-
tuo; ut dixi numero 29.

*De præ-
cepto ta-
men est,
nihil in-
de spera-
tes, sicut
reddite.*

Quemadmodum facile qui-
uis intelligit, de præcepto
esse ut reddas, ex hypo-
thesi quod voveris; quam-
uis non nisi de consilio fue-
rit ut voveres.

Inst. 1.

Imo hinc ^m intelligitur ⁴⁶
non eam solam partem ^{m Partes}
priorem, quæ est *mutuum* ^{illa am-}
date præcise sumptam, de ^{ba sum-}
consilio solum esse, quam- ^{pta per}
uis posterior *ex* hypothesi ^{modum}
prioris, de præcepto sit: ^{unius nō}
sed reuera simul ambas ^{continēt,}
per modum unius acce- ^{nisi con-}
ptas, esse solum de consi- ^{siliūm.}
lio. Ut ex eo patet, quod
non potest prima seorsim
à secunda sumi; utpote
quia non sumitur prima,
nisi de mutuo proprio dicto;

156 DE VS V LICITO
in isto autem mutuo se-
cunda pars illa expresse in-
cluditur ex dictis num. 29.
Proptereaque impossibile
est , quin de consilio sit
hoc totum , quod est , *mu-*
tuum date , nihil inde spe-
rantes ; hoc ipso quod de
consilio solum est obstrin-
gere se ad nihil speran-
dum ad quod non se ob-
stringit , nisi qui mutuum
dat proprio dictum. Sicuti
hoc totum quod est , *Vouete*
& reddite sumptum per
modum vnius , non nisi de
consilio est , hoc ipso quod
ad reddendum non se ob-
stringit quis nisi vouendo.
Ergo sicuti de consilio so-
lum est , id quod est obstrin-
gere

gere se ad reddendum vo- Inst. 1.
tum (etiam si sit votum ne-
gatiuum ; ut est de non
manducandis carnibus &c.
simul negatiuum est , *nihil
inde sperantes*) quatenus
hoc est idem ac vouere :
ita de consilio solum est id
quod est obstringere se ad
nihil sperandum ex data
pecunia ; quatenus ita ob-
stringere se , est idem ac
pecuniam dare titulo &
contractu mutui , qui hoc
importat.

Ac demum ⁿ hinc intel- 47
ligitur sic damnari quidem à Christo usuram ; ut non propterea iubeat mutuum dare. Præsertim , quia si strictius præcipit Christus , <sup>a Et si
Christus
usuram
damnet,
non tan-
men stric-
te iubet</sup>
Maig. De usu Lic. O

Inst. I.

& quidem indiscriminatim,
mutuum cum effert hæc duo simul
dare vineam, agrum, bo- per modum unius, *Mutuum*
uem &c. date , nihil inde sperantes:
consequens est , ut à gene-
rali descendendo ad parti-
cularia, præcipiat æque mu-
tuum date agrum , & mu-
tuam date vineam ad fru-
ctus colligendos , nihil inde
sperantes ; mutuam date
domum ad habitandum,
nihil inde sperantes ; mu-
tuum date equum ad vechu-
ram , nihil inde sperantes;
mutuum date bouem ad
arandum , nihil inde spe-
rantes &c. Præcipiat , in-
quam , hæc & alia similia,
æque ac intelligitur , aut
potius putatur intelligen-

dus præcipere ; date mu-
tuam pecuniam , nihil inde
sperantes ; nempe date mu-
tuam volenti emere agrum ;
date mutuam, volenti com-
parere sibi dignitatem , &
gradum alicuius officij pu-
blici ; volenti sustentare li-
tem &c. ad eum prorsus
modum , quo à 'generali
quod est *vouete* & *reddite*
descendendo ad particula-
ria ; intelligitur præcipi non
magis *vouete* pecuniam , &
reddite ; quam *vouete* agrū
& *reddite* ; *vouete* vineam,
bouem , agnum , domum ,
vestem &c. & *reddite* : vo-
uete non contrahere nu-
ptias ; & ad reddendum ,
nullas contrahite nuptias :

Iust. I.

vouete non manducare carnes ; & ad reddendum, nullas manducate carnes ; seu nihil edite carnium ; ut non sit discrimin ab eo quod est nihil inde sperantes.

Ac præterea suis illis verbis Christus cum limitacionem nullam adhibeat, dum ait *mutuum date, nihil inde sperantes* : nulla ratio est , & contra fas est ; si quis ea de suo leuit ad mutui speciem aliquam ; ut in particulari est pecuniæ mutuum ; ita limitare , ut extendi nolit ad vineæ mutuum , ad agri mutuum &c. & fateatur quidem esse solum de consilio *mutuum date agrum, nihil inde sperantes* ; & simi-

Iia : acrius vero contendat, ^{Inst. I.}
 præceptum strictissimū esse
*mutuam date pecuniam, nihil
 inde sperantes* : cum, ut cer-
 tum est , ager & vinea &c.
 possint natura sua non mi-
 nus , quam ipsa pecunia li-
 bero & pure liberali mu-
 tui contractu concedi à
 volente nihil inde spe-
 rare.

Cum o autem ista Christi o *sicut*
verba sic uniuersaliter sum-
pta , & cum descensu ad
omnia æque particularia ;
nemo sit qui præcepti le-
gem strictiorem existimet &c.
continere ; sicut nec ea ,
quæ Christus idem ibidem
ante versus tres uniuersali-
ter dixit , Omni petenti tri-

162 DE VS V LICITO
bue, & qui aufert quæ tua
sunt, ne repetas. Qui enim
dicit, *Omni petenti te*, tum
nullum excludit petentem,
tum perinde petitionem
nullam: intelligitque adeo,
tribue petenti te vineam;
tribue petenti te agrum;
tribue petenti te equum,
bouem, pecuniam &c. in-
discriminatim. Dum item
ait, *Qui aufert à te quæ tua
sunt, ne repetas*; descenden-
do ad particularia, censem-
sus est dicere, qui aufert à
te vineam tuam, ne repe-
tas; qui agrum tuum, qui
equum tuum, qui pecu-
niam tuam &c. ne repetas.
Ut & in particulari aiebat
immediate ante. *Qui n*

percutit in maxillam , præbe Inst. v.
 illi & alteram : & ab eo qui
 aufert tibi vestimentum ;
 etiam tunicam noli prohibere.
 Et nihilominus nemo est
 qui putet in his verbis *Om-*
ni petenti te &c. contineri
 ad omnes , & quoad omnia
 tribuenda uniuersale (ut
 dictum est) præceptum
 euangelicum rigidius.

Cum , inquam , p ^{P Ergo} simili-
 ter nemo sit , qui ista non
 absimilia verba , *Mutuum* ^{neque}
date , nihil inde sperantes , ^{mutuam}
 existimet vim habere præ-
 cepti rigidi absoluti quoad
 ea omnia , & singula , quæ
 dixi , ostendique perinde
 posse libero & liberali mu-
 tui contra&t;u gratis utenda

concedi à volente nihil inde sperare : aliunde vero, ut satis hactenus ostensum est , ratio nulla sit cur potius quoad pecuniam, quam quoad cætera debeant præcepti vim ac legem continere , si non continent quoad alia : maxime cum in iis omnibus Christus pecuniam ne nominauerit quidem , aut solum subindicauerit. Consequens est non esse in his verbis, quo probetur, stante eorum sensu optimo, liberum esse cuique ut vineam quidem suā, & agrum suum &c. det si velit , vel non det si nolit, sub contractu mutui : non esse autem similiter cuique

liberum , ut perinde pecuniam suam det si velit , non det si nolit , sub contractu mutui . Sicut in illis verbis *Omni petenti te tribue ; & qui auferat &c.* nihil est quo probetur licitum esse non tribuere petenti vineam , vel eam repetere ab auferente : esse vero nefas non tribuere petenti pecuniam , vel repetere pecuniam ab auferente .

Verba igitur q̄ Christi
mutuum date , nihil inde spe-
rantes (ut ex hactenus di-
ctis videtur esse perspicuū)
quoad primam partem con-
silium continent ; quoad
secundam (supposita pri-
ma , & non aliter) præce-

q̄ Expli-
catur il-
lud mu-
tuum da-
te &c.
per hoc
simile,
venete,
& redi-
dite.

166 DE VS V LICITO
ptum ; quoad ambas simi-
sumptas per modum unius;
consilium. Sicut ea , de qui-
bus dicebam, *vouete & red-*
dite ; licet uniuersaliter
sumpta , & in omnibus
præceptum contineant de
reddendo quidquid vou-
eris , ex hypothesi quod vou-
ueris ac non aliter , in radi-
ce tamen , qua licitum est
non vouere , licitum est ut
non te obstringas ad id
præstandum , quod præsta-
re non teneberis , nisi vou-
ueas. Pari namque modo,
licet ista, quæ sunt *mutuum*
date , *nihil inde sperantes*,
præceptum contineant de
non sperando aliquid ex
mutuo , quidquid illud sit,

quod sub contractu mutui ^{Inst. i.}
dederis : in radice tamen,
qua licitum est non dare
mutuum ; seu (quod eodem
redit) non dare rem
tuam titulo , seu contractu
gratuito mutui ; licitum
quoque est , ut non te ob-
stringas ad nihil ex re tua
sperandum ; quia & quatenus
ad nihil ex ea spe-
randum non teneberis , si
non eam dederis titulo , &
contractu gratuito mutui.
Et sic verba hæc sumpta
per modum unius , non
continent nisi solum con-
silium ; eo ipso , quo non
nisi consilium est *mutuum*
date , præcise.

Quia enim (ut hoc con-

Vsl. I.

firmem velut à priori) effectus, r quod aiunt, se-
 z Ex eo quod ef- fectus se- quitur debiliorē sua cau-
 sa partē; ideo hos totum, mutuum date &c. non con- tinet, nisi cōsillium. *Mutuum date, nihil inde spe- rantes*, vim non habeat præcepti; eo ipso, quo pars eius prior, nempe *mutuum date*, restringitur (ut di- cūm est cum D. Thoma) ad vim solam consilij; ea- demque sic restricta mo- dificat posteriorem, *nihil inde*, (seu nihil ex mutuo) sperantes ; & ipsam ita
 restrin-

restringit, ut in eius consortio, præcepti minime habeat vim; quam tamen reuera de se ac seorsim habet.

Atque ex his aliunde fiet satis quæsito illi per modum obiectionis proposito, num. 45. Quamuis enim 49
 si in his verbis Christus usu- f Quid
 ram (seu quodcunque lu- iis verbis
 crum est ex mutuo) dam- Christus
 nauerit; sic tamen damna- int̄ēdat?
 uit; ut damnans non tam de dando mutuo; seu (quod eodem redit) de re sua titulo, & contractu gra-
 tuito mutui danda, præcep-
 ptum ibi fecerit; quam derit de actu hinc pauper-
 tatis euangelicæ, hinc &
Maij. De usu Lic. P

170 DE VS V LICITO
charitatis consilium : sicut
ibi *Qui auferat à te quæ tua*
sunt, ne repetas, &c. ut su-
pra. Quemadmodum cla-
rius indicant Matth. 5 ver-
ba correspondentia istis,
quæ ex Luca allata sunt, *Qui*
autem petit à te da ei ; &
volenti mutuare à te ne auer-
taris. Imo & in ipso Luca,
citato cap. 6 habetur sic,
Et si benefacitis his, qui vo-
bis benefaciunt, quæ vobis est
gratia ? Siquidem & pecca-
tores hoc faciunt. Et si mu-
tuum dederitis his à quibus
spèratis recipere ; quæ gratia
est vobis ? Nam & peccatores
peccatoribus fænerantur, ut
recipiant equalia. Et versu-
sequentि subditur, *Benefa-*

cite, & mutuum date, nihil
inde sperantes : & erit mer-
ces vestra multa, &c. Vbi
verbum Benefacite, & mer-
ces à Deo pro benefacto re-
tribuenda significant com-
mendari ibi opus charitatis
de consilio, non de præce-
pto.

Denique si præceptum
rigidius quo ad pecuniam
specialiter ; eis non quo ad
alia , ut vineam , agrum,
equum &c. continentur iis
verbis , quæ sunt *Mutuum
date : nihil inde sperantes* ;
consequens primo est non
fore (contra quam doceat
relatus hactenus D. Tho-
mas) licitum vendere usum
pecuniaæ concessæ ad ostend-

tationem , aut ad ponendum
loco pignoris : eo quod ad id
pecuniam suam concedere
gratis quilibet præcepto il-
lo teneretur , quod est mu-
tuum date , nihil inde speran-
tes : quam tamen iniuriam
S. Doctori nullus fecerit.
Consequens secundo est
non fore etiam licitum
contractum ullum condu-
ctionis ; quia in eo omni
speratur id pro quo pre-
mium conductionis , & lo-
cationis datur. Consequens
3 est non fore etiam licitum
eum contractum , qui voca-
tur annui redditus constitu-
ti (de quo actum est num.
15) siquidem in eo pecca-
retur contra præceptum (si

esset præceptum) *mutuum Inst.*
date , nihil inde sperantes ;
speratur enim redditus an-
nuus ex constituto reci-
piendus. Consequens 4
est non fore licitum con-
tractum nullum i emptionis
quoties quis emit ab eo qui
non venderet rem unam
suam nisi indigeret alia .
Tunc enim emens peccaret
contra idem præceptum ,
mutuum date , nihil inde spe-
rantes : quatenus primo
non daret mutuum , & 2 vi-
datæ pecuniæ speraret id
quod per eam emit ; sive id
pro quo habendo illam tra-
dit. Ergo ne ista (quæ
aperte absurdâ sunt) coga-
mur admittere ; necesse est

174 DE VSU LICITO
sic intelligere verba illa
Christi, ut per ea non tan-
tum non præcipiatur nihil
sperare ex usu pecuniae,
quoties hæc non contractu
mutui sed alio quoquis uten-
da conceditur (sicut con-
tractus de quo ago ex di-
ctis num. 9 non est contra-
ctus mutui) sed etiam non
præcipiatur dare mutuum,
& nihil sperare.

Quod si tamen præce-
ptum quis contendat in iis
verbis contineri: esto sane
contineatur eo modo &
sensu , quo Deuteron. 15
in his verbis , Aperies eam
(manum) pauperi , &
dabis mutuum , quo eum indige-
re perspexeris : nimirum in

casu necessitatis: alias vero Inst. I.
non erit nisi consilium.

Quod porro in scriptu- t Quid
ris (ut habet eadem instan- sit lau-
tia) frequenter laudatur dari in
script.

15 , *Qui pecuniam suam non eum, qui
dedit ad usuram; & similia;* pecuniā
non obest , neque probat suam nō
ullatenus contractum à me dedit ad
ut supra expositum , usur-
rium esse. Non , inquam,
id probat ullateuuus , tum
quia perinde laudandus est,
qui vineam suam , qui pe-
cudum gregem suum &c.
non tradit ad usuram ; ne
dicas esse quippiam in hoc
speciale de pecunia , quasi
hic specialiter nominata :
tum quia solum iis locis lau-
datur vel primo is , qui non

176 DE VS V LICITO
quæsivit, aut non exercuit
usus pecuniæ (ac perinde
vineæ & agri &c.) illicitos,
quos num. 26, & 27 indi-
cavi ; ex hoc enim laus est
apud Deum ; sicut & ex il-
lo quod potuit quis transgre-
di , & non est transgressus ;
facere mala & non fecit Ec-
cl. 31 : vel secundo lauda-
tur is , qui cum non tenere-
tur mutuum dare (utpote
quod sit solum de consilio)
dedit tamen mutuum pro-
prie dictum , siue in pecu-
nia , siue in equo , siue in
domo &c. & dedit aut ex
liberalitate , aut ex charita-
te &c. At hoc totum est
laudabile quidem , sed non
probat contractum , de quo
agitur , esse vitiosum.

INSTANTIA II.

*Obtentu nimia frēnandæ
licentie facta ,
soluitur.*

DICES iterum. Quamvis ^u ista sententia speculatiue sit vel appareat vera ; non tamen docenda est ; quia in praxi est periculosa , quia si semel quis existimet lucrum ex pecunia esse licitum hoc aut illo modo ; in procliui est ut cupiditas humana , quæ est lucrandi , transgrediatur assignatos terminos , citra quos res est licita , & ultra

⁵⁰
^u Obiic.
quasi
hec sen-
tentia sit
periculosa , et si
specula-
tione ve-
ra.

178 DE USU LICITO
quos illicita est. Satius vero est, & saluti animarum accommodatius, ut prædictæ cupiditati frænum iniciatur, id restringendo quod secundum se, ac spectatis omnibus (prout proposita hic sunt, & explicata) potest in conscientia licitum esse ; quam ut hoc genere laxioris doctrinæ facultas detur, dicendo id absolute esse licitum.

Sed ad hæc, ut (præter iam dicta à num. 25) refellendo potius, quam diluendo respondeam ; dico in contrarium duo.

* Sed opposita Primum est, * contra ius sententia stitiam esse, ut sub obtentu iniuriam coercendi, nimium cupifacit bo-

dos; laqueum iniiciat quis
 viris bonæ ac timoratæ con-
 scientiæ, docendo non esse
 eis licitum agere id, quod
 illi vere salua iustitia, libe-
 re ac licite possunt agere.
 Id, inquam, est contra iu-
 stitiam; quia est contra ius,
 quod nullus non habet,
 agendi libere atque ad pla-
 citum id, quod vere secun-
 dum se, salua iustitia, lici-
 tum est agere. Abstraho
 enim à præcepto, quo pos-
 set ex hypothesi superior
 ob bonam rationem id ve-
 tare: sed in proposito inau-
 ditum est esse tale præce-
 ptum aliquod.

Alterum est, contra iu-
 stitiam item esse, ut la-
y Et la-
queum
iniicit
nō bonis.

Inst. 2.

queum iniiciat quis viris
etiam non probis, dicendo
illicitum esse id, quod vere
pensatis omnibus ex præ-
scripto iustitiae est, adeoque
licitum.

Est, inquam, id contra
iustitiam; quia etiam non
probi, & nimium cupidi
ius habent, ut (secluso,
iuxta iam dicta, præcepto
superioris) liberum sit eis
facere id, quod facere est
secundum se licitum ex
præscripto iustitiae.

Quod vero dixi laqueum
iniicere; ^z non immerito
id ita dixisse videri possum;
& multo quidem magis
nunc, quam id antea simi-
liter quoad homines bona
^z Et qui-
dem du-
plici ti-
culo.

ac

ac timoratæ conscientiæ. Quia si laqueus utrisque est, ubi contra ius, quod hi atque illi, ut dixi, pariter habent; deterrentur ne id libere faciant, quod possunt licite facere: i multo magis id ipsum est laqueus, eorum respectu, qui censentur non sic esse probæ conscientiæ: quatenus istis est insuper occasio peccandi contra conscientiam in re, quam nihilominus faciunt, quamuis potent, (& erronee quidem potent) se contra iustitiam facere. Igitur doctrina illa contraria rigidior, duplici titulo est hominibus istis laqueus: cum scilicet primo per se,

Maig. De usu Lic. Q

182 DE USU LICITO
quia eis prædicat iniustum
esse , atque illicitum id ,
quod pensatis omnibus nec
iniustum reuera , nec illicitum
est : tum secundo per
accidens , quia propter pra-
uam ipsorum dispositio-
nem , est eisdem occasio fa-
ciendi contra conscientiam
erroneam id , quod in bona
conscientia , ut & salua iu-
stitia facerent ; si non eis
doctrina illa debito rigidior
insinuata , & credita con-
scientiam illis erroneam
hanc fecisset. Ergo contra

a *Ester-* quam dixeris , ^a perspi-
go nostra cuum est ex istis , quæ ego
sententia dixi , ut par est pensatis ,
saluti multo satius esse , atque sa-
animarū luti animarum accommo-
accōmo-
dātior.

datius, ut uniuersim omni-
bus prædicetur syncere id,
quod hac in re, nempe ad
pecuniæ usum spectante,
licitum est, ac iustitiæ legi-
bus conforme: quam ut in
eadem re dissimuletur, &
occultetur veritas, quæ
circa rationem liciti est. Ex
hac enim occultatione, bo-
nis quidem id mali accidit,
quod in detrimentum sua-
rum familiarum (aut etiam
egenorum, quibus ita con-
sulerent) non audent id fa-
cere; quod in eorum com-
modum, & utilitatem ut
faciant, reuera & secun-
dum se licitum est. Aliis
vero, qui cupiditati magis,
quam dictaminis conscienc-

184 DE VS V LICITO
tiæ tribuunt, id etiam acci-
dit mali, quod contra con-
scientiæ dictamen audacter
in suæ salutis perniciem id
faciunt, quod alioqui con-
scientia (ut dicebam) tu-
ta, saluaque iustitia, & sine
salutis dispendio facerent.

b oppo- Quin ^b & egenis iniuriam
sita fa- ea opinio facit non leuem;
cit etiam egenis quatenus in causa est, ut
iniuria.) corum aliqui, conscientiæ
tenerioris, patientur se re-
rum consumi penuria, dum
timent, ita persuasi, diui-
tibus occasionem dare lu-
cri ex eis captandi usurarij.
Ac demum eo ipso explo-
denda est hæc instantia,
quod non potest non inde-
corum esse Doctori verita-

tem speculatiuam , ut ait, Inst. 2.

huius sententiæ sic notam non solum dissimulare , & occultare ; sed etiam impugnare , ut fit , acerrime , imo daminare . Quod vero periculofam aiebas esse in praxi hanc sententiam .

Respondeo . ^c periculum Et non
omne iam esse amotum eo
ipso quo præscripti sunt
cuique seu timoratæ , seu li-
berioris cōscientiæ viro ter-
mini certi , citra quos res lici-
ta est , & ultra quos illicita . <sup>stra non
est peri-
culosa .</sup> 51

Instabis . Non ^d immer- ^d Obiic.
to dictum fuit satius id esse ^{quod Ca-}
atque animarum saluti ac- <sup>non iste
repugnat</sup>
commodatius ; cum insig- <sup>nostre
sententia .</sup>
nes Canonistæ , ut Panorm .
supra , num . 44 , prædicent

Q 3

186 DE USU LICITO
casum esse singularem, qui
non est alibi de iure canonico
&c. Et mox Mirabile quod
pecunia possit &c.

Ad primum respondeo
primo. non ita ibi prædi-
~~cari~~ casum esse singularem,
ut non etiam (quemadmo-
dum ibidem retuli) prædi-
cetur *notabilis*, & *quotidia-*
nus. Resp. 2. non sic ab
eodem Panormitano præ-
dicari singularem ; quin ab
eodem ibidem dicatur non
esse id *speciale in pecunia*
dotali &c. quibus verbis ca-
sum eundem extendit clare
ad alia ; nempe (ut solum
ego opto) cum iisdem con-
ditionibus, iuxta dicta nu-
mer. 42.

Respondeo ad 2, ideo ^{Inst. 2.} casum hunc vocari mirabilem; quia casus pecuniae depositae, speciem habet mutui, talis nempe mutui, quale descripsi num. 29; id est, proprie sumpti; quamuis non nisi improprie sumpti habeat veritatem; quale descripsi num. 30.



INSTANTIA III.

Facta ex doctrina D. Thomae, soluitur.

DICES demum. f. D. ^{§ 2.} f. obie-
Thomas opusculo 73 ^{f. obie-}
cap. 3 sic habet. *Illa vero doctrina*
superabundantia, qua ex mu- D.Th.
lito vero ex

l. 3. tuo ratione mutui procedit, liberalitatem & iustitiam corrumpt : liberalitatem quidem ; quia mutuum , gratuum fieri debet , de natura mutui : hoc enim significatur Luc. 6 , Mutuum date , nihil inde sperantes. Item hoc significatur ratione nominis ; quia mutuum datur , quando meum vel tuum mihi vel tibi datur. Item iustitiam corrupt : quia in mutuo , datus redditio designatur : & idcirco ubi plus redditus , iniquitas paritur. Hæc D. Thomas eo loco ; & cap. 7 paulo ante finem sic ait. Corrumpt etiam usura in mutuis debitum finem ; quia accipitur spe lucri & sine recompens-

satione iusta. Ex iis autem
sic argui potest. In eo actu
est usura , in quo ita cor-
rumpitur liberalitas ; ut
simul iustitia , & finis de-
bitus corrumpatur. Atqui
in actu mutui , dum ex eo
sumitur spes lucri , sine iu-
sta recompensatione ; cor-
rumpitur liberalitas , & iu-
stitia , & finis debitus. Igi-
tur in actu mutui , dum ex
eo sumitur spes lucri sine
iusta recompensatione , est
usura. Hinc vero potest
ita subsumi. Atqui con-
tractus ille meus num. 9 ,
est actus mutui ; utpote
actus tradendi pecuniam
recuperandam eadem sum-
ma ; & est insuper cum spe

190 DE VS V LICITO
lucri , ac sine recompensa-
tione iusta . Ergo in eo con-
tractu est usura .

53
g 1. resp.
concedit
primum
totum
arg.

Respondeo 1 , g concessō
toto primo argumento , ne-
gando id facere ullatenus
contra me , in primis , quia
(ut iam s̄aepe contestatus
sum) nulla in eo contractu
includitur mutui ratio :
adeoque non corruptur
in eius actu liberalitas .
Quia liberalitas non intel-
ligitur corrupti in actu de
cuius natura non est , ut in
eo sit liberalitas : alioqui
contractus emptionis , &
conductionis , & similes ,
defectu liberalitatis dici
possent usurarij , quatenus
dici posset corrupta in eis

liberalitas. Atqui de natu-
ra prædicti contractus non
est ut in eo sit liberalitas :
utpote quia is est contra-
ctus alienæ ad pro me ne-
gotiandum conductæ ope-
ræ ; qui contractus , ut talis
est , non magis potest esse
gratuitus , quam contractus
emptionis (cum & iste sit
emptionis ex numer. 33)
adeoque de se non impor-
tat liberalitatem. Igitur
&c. Deinde nihil etiam id
facit contra me , quia in di-
cto contractu non corrum-
pitur iustitia defectu re-
compensationis ; cum in eo
assignetur iusta recompen-
satio , ut explicatum est
num. eodem 9, atque etiam

192 DE USU LICITO

Inst. 3.

17. Tertio nihil etiam id facit contra me , quia contractus prædictus non corruptit finem debitum , quantum est de se : nam conducere alienam operam ad negotiandum pro me non magis (quantum est de se) corruptit finem debitum ; quam conducere alienam operam ad pro me laborandum in vinea. ^h At-

^{h] Et negat subsumptum.} que ex his demum liquet negandum esse subsumptum ; quoad id præsertim quod velut pro eius ratione additur , utpote actus tradendi pecuniam recuperandam &c. si enim iste actus ideo est actus mutui , quia pecuniam traditam impor-

importat recuperandam ^{Inst. 3.}
&c. item si vitiosus ideo est
quia simul est cum spe lu-
cri : consequenter actus
committendi pecuniam
seruo & ministro , seu mer-
catori , ac perinde cuius
alteri , tanquam seruo &
ministro ; quem actum D.
Thomas num. 3 & 4 rela-
tus approbat ; consequen-
ter , inquam , hic actus es-
set actus mutui , utpote cum
sit actus tradendi pecuniam
recuperandam eadem sum-
ma , & cum spe lucri &c.

54
Resp. 2ⁱ intentum D. ^{i 2. resp.}
Thomæ eo cap. 3 esse , ut ^{explicat}
per ea quæ relata sunt pro- ^{intentum}
bet id quod immediate sub-
iungit. *Ex his* , inquit , ap-
Maig. De usu Lic. R

194 DE VSU LICITO
paret quod in solo actu mutui
circa commutationem rerum
primo & per se inest ratio
usuræ, secundum quod à Do-
ctoribus proprie accipitur, ut
superabundantia ex usu re-
rum condemnabilis. Ex qui-
bus verbis ego pro me sic
argumentor. In actu solo
mutui primo, & per se in-
est ratio usuræ ex D. Tho-
ma. Atqui contractus,¹ de
quo agitur iuxta dicta nu-
mer. 9; nec est, nec esse
debet, nec esse potest actus
mutui, ut iam satis intelli-
gitur ex dictis. Ergo in eo
contractu, etiam per D.
Thomam non inest primo
& per se ratio usuræ.

Quod autem neque per

1 Non in-
est isti
contra-
ctui ra-
tio usu-
ra, seu
per se
seu per
accid.

accidens insit ei ratio usu-
ræ, iam ostensum est; cum
ostensum est non esse in eo
injustitiam defectu iustæ
recompensationis; nec e-
tiam finem indebitum;
quod & magis constabit ex
statim dicendis.

Resp. 3. ^m cum D. Thom-
as verbis ex cap. 7 relatis
ait, *Corrumpt etiam usura*
in mutuis debitum finem,
quia fit spe lucri; intelligit
corrumpi usurâ debitum
finem, eo quod accipiatur
vel requiratur ex motiuo
avaritiae, ut fusi ex Phi-
losopho explicat cap. 4, ubi
inter alia sic habet, *Ideo*
rationabilissime odio habetur
talis commutatio, que dicitur

55

m Resp. 3
dicit
quare
usura ex
D.Thom.
corrumpat
debitum
finem in
mutuis

oboleticā; id est ubi datur obolus, id est paruum pondus, & determinatum pro alio eiusdem generis ad augmentum: & hæc odio habetur, quia ab ipsa fit possessio numismatis, & usus eius ad aliud, ad quod non est factum per naturam: quia factum est translationis gratia; id est, ut per ipsum fieret translatio aliarum rerum secundum quod ad vitam necessaria sunt; & non secundum quod ad congregatiōnem, & ad affectum sunt auaritiae. Hæc ex D. Thoma, ut intelligantur verba, ut dictum est, ex cap. 7 relata, quod nimirum usura corrumpat in mutuis debitum finem, inducendo

finem vitiosum , qui est ^{Inst. 3.} auaritiæ ad coaceruanda numismata ex affectu ad numismata.

Sed in primis non est ^{n Corru.} hic defectus ita proprius ^{pit etiam in aliis ex eodē D.Th.} actui mutui; ut non etiam alios afficiat : addit enim paulo post prædicta D. Thomas ex Philosopho Itaque & maxime præter naturam & rationem ista pecuniarum acquisitio est ; scilicet quæ est per thōkos ; id est , in mutuo pecunie pro augmento pecunie. Et dicit maxime , respectu illius acquisitionis , quæ sit in contractibus aliis , causa cupiditatis tantum , quæ mala est , & contra naturam.

o *vt in
emptioni-
bus &
vend.*
 Hinc vero fit, ut non o minus in ipsis mercatoribus
 damnandi sint contractus
 emptionis, & venditionis;
 & alij quicunque fiunt *cau-
sa cupiditatis tantum*, seu
 solo avaritiæ motiuo, & ad
 congregandas merces ultra
 ea, quæ *ad vitam necessaria*
 sunt. Ergo, quod hinc se-
 quitur, immerito est, p
 quod eo titulo censet quis
 damnandum specialiter es-
 se contractum; qui ex di-
 tis num. 9, est alienæ ad
 negotiandum conductæ o-
 peræ; vel pecuniæ (iuxta
 D. Thom. num. 3 & 4) ad
 negotiandum commissæ
 &c. quasi debitus in eo
 finis modo peculiari cor-

p *Ergo
non prop-
ter hoc
damnан-
dus spe-
cialiter
est con-
tractus
ille.*

rumpatur *s*pe lucri, seu *cav*. Inst. 3
sa cupiditatis tantum : cum
sit hic modus communis
omnibus contractibus ; non
quidem ex defectu intrin-
seco ipsorum contractuum ;
sed solum per accidens ob
defectum ex cupiditate
contrahentis.

Deinde q^o contractus ille
conductæ alienæ operæ &c.
vel, quod idem est, pecu-
niæ commissæ &c. prout
fit à vidua v. g. iuxta dicta
num. 18 , aut à pupillo , &
perinde ab aliis cum iusto
moderamine , ut præscri-
ptum est ; non fit ut coa-
ceruetur pecunia ob ipsam
pecuniam : Sed ob neces-
ritates vitæ ; ut in statu va-

ditur
immunē
eum esse
ab hoc
vitio e-
tiam ex
parte
contra-
hentiū,
ut vi-
dua, pu-
pilli, &c.



200 DE VS V LICITO
letudinis pro victu & vesti-
tu conuenienti ; in statu in-
firmitatis , pro idoneis in
medicos , & medicamenta,
& famularis ministerij ope-
ras expensis &c. in statu
fortunæ prosperæ , pro iu-
uandis honeste amicis , &
pro subleuandis ex charita-
te pauperibus : in statu for-
tunæ aduersæ , puta lite ur-
gente &c. pro defensione
iusta suorum bonorum ,
quin & honoris , & ali-
quando etiam vitæ : in his
enim & similibus , tantum
abest esse vel dari locum
auaritiæ motiuis ad numis-
mata ex affectu & cupidi-
tate numismatum coacer-
uanda ; ut persæpe vix te-

nuia referantur solatia pau- Inst. 4.
pertatis. Igitur hac instan-
tia nihil contra eum con-
tractum concluditur.

INSTANTIA IV.

*Ex lege Deuteron. facta si
soluitur.*

AD extremum ⁵⁷ obii-
ciet fortasse aliquis ex ^{1. obie-}
Deuteron. cap. 23, ubi sic ^{atio.}
dicitur *non feneraberis fra-*
tri tuo ad usuram pecuniam....
sed alieno. Atqui nos om-
nes nunc fratres sumus;
iuxta illud Christi, Matth.
23 *Omnis autem vos fratres*
estis, & Patrem nolite voca-

Inst. 4.

*re vobis super terram : unus
est enim Pater vester , qui in
cælis est. Ergo pecuniæ fœ-
nus ad usuram , saltem inter
Christianos ratione huius
fraternitatis, prohibitum est
lege ista diuina.*

¶ 1 Resp.

Respondeo 1. ^t Hæc ob-
iectio nihil contra me fa-
cit , qui usuram siue ex pe-
cunia , siue ex frugibus ,
aut alia qualibet re , ut eo-
dem loco subditur ; semper
damnaui , & nusquam de-
fendi. Obiectio autem , ut
perspicuum est , minime
probat me aut eam non
semper damnasse , aut ali-
cubi defendisse. Igitur
&c.

¶ 2 Resp.

Respondeo 2. ^t Qui pe-

cuniam suam utendam sub ^{last.4.} eo contractu , quem hacten-
nus defendi , tradit siue fra-
tri suo ex fide , siue alieno ;
quamuis lucrum honestum
ex pecunia (iuxta doctri-
nam D. Thomæ num. 3)
ad negotiandum commissa ,
referat ; minime tamen cen-
seri potest fœnerari *ad usu-*
ram pecuniam : is enim con-
tractus , prout hactenus
ostendi , nullam continet
usuram ; cum non conti-
neat lucrum ex mutuo pro-
prie dicto & vi eius ; non
enim in eo contractu con-
tinetur ullatenus tale mu-
tuum , cum expresse conti-
neatur commissio pecuniæ
ad negotiandum . Igitur &c.

Inst. 4.

u 3 Resp.

Respondeo 3. ^a Deus eo loco non sic prohibet specialiter pecuniæ fœnus ad usuram ; quin simul & aque prohibeat simile fœnus frugum , & generaliter cuiuslibet alijs rei : dicit enim *Non fæneraberis fratri tuo ad usuram pecuniam , nec fruges , nec quamlibet aliam rem , puta vestem , puta equum , puta bouem , puta domum , puta agrum , puta vineam &c.* Ergo si prohibens fœnerari pecuniam ad usuram , intelligitur prohibere lucrum omne proueniens ex usu quocunque pecuniæ , etiam illo qui est negotiatio per pecuniam commissam : necesse est,

est, ut simul & æque intelligatur prohibere lucrum omne proueniens ex usu cuiuslibet alterius rei. At hoc modo non licebit lucrum ullum sumere ex usu sui equi, ex usu suæ domus, ex usu sui agri &c. Quod nihilominus ad mentem non est eius qui hæc obiicit. Ergo is obiectione ista sua nihil contra me facit, aut facit perinde contra se.

59

Respondeo 4. ^x vox usura hoc loco non sumitur pro eo lucro quod ex multo stricte ac proprie dicto (iuxta num. 29) & vi cius repetitur. Cum enim usura (quantum fert vis istius Maig. De usu Lic. S

legis in Deuteronomio.) sit in primis eadem , eodemque sumatur modo , tum ubi prohibetur erga fratrem , tum ubi erga alienum permittitur , Deo edicente *Non fæneraberis fratri tuo ad usuram.... sed alieno.* Ac deinde ista quæ permittitur , & eatenus sit licita ; non sit (ut puto esse evidens) vetita iure naturæ , quasi per se ob iniustitiam intrinsece mala : nam aliqui Deus rem natura sua moraliter malam faceret lege sua esse licitam ; quod est impossible . y Conse-
y usura
bis in-
telligitur
ea qua
repugnat
liberali-
quens est ut usura quam hic Deus erga fratrem vetat , non sit ea quæ sic est

intrinsece mala ; sed alia Inst. 4.
 quæ mala solum est per ac-
 cidens : videlicet mala, non ^{tati erga}
 quod repugnet iustitiæ, sed ^{fratrem}
 quod repugnet liberalitati,
 aut alicui debito eius ut
 exercendæ potissimum er-
 ga fratrem indigentem.
 Nam idcirco de indigente
 fit aperte mentio in eo tex-
 tu dum subditur, *fratri au-*
tem tuo absque usura (hoc
 est absque lucri seu repeti-
 tione , seu spe ; adeoque
 gratis & liberaliter) *id quo*
indiget commodabis. Quod
 idem clarius adhuc patet
 ex aliis locis , quæ subii-
 cio ,

60

Nam^z in eodem Deute- ^{z v. con-}
 ron. cap. 15 sic habetur , *si* ^{firmatur}
^{clare ex}

Iest. 4.

unus de fratribus tuis , qui
 aliis etiā morantur intra portas ciuita-
 tis , in quibus precipi-
 tur mu-
 suū egēti
 concedē-
 dum. tuum , nec contrahes manum ,
 sed aperies eam pauperi ; &
 dabis mutuum (obserua mu-
 tuum non eleemosynam
 hic dici) quo eum indigere
 perspexeris . Et subdit clari-
 riis . Cae ne forte subrepas-
 tibi impia cogitatio , & dicas
 in corde tuo appropinquat se-
 ptimus annus remissionis , &
 auertas oculos tuos à paupere
 fratre tuo , nolens ei quod po-
 stulat , mutuum commodare ...
 sed dabis ei , nec ages quip-
 piam callide in eius necessita-
 tibus subleuandis . Hæc ibi.
 Et Leuitici 25 Si attenuatus

fuerit frater tuus , & in-
firmatus manus.... ne accipias
usuras ab eo ; nec amplius
quam dedisti (ubi est mani-
festa mutui erga fratrem
pauperem commendatio)
time Dominum Deum tuum ;
ut vivere possit frater tuus
apud te ; pecuniam tuam non
dabis ei ad usuram , & fru-
gum superabundantiam non
exiges.

Igitur ,^a ut ex his con-
stat , lex ista Deuteronomij
cap. 23 , quæ obiicitur , ita
posita est , non tam ut usu-
ram illam , quæ per se ma-
la est , & aliunde satis pro-
hibita , prohibeat ; quam
ut mutui ad fratrem indi-
gentem gratuiti præstandi ,

61

a Lex il-
la est lex
mutui
gratuiti
erga in-
digentē.

210 DE VS V LICITO
 & liberalis exercendæ misericordiæ debitum statuat.
 Cumque hoc ita sit consequens est, ut per eiusdem legis verba nihil contra me concludatur, qui cum usurram illam, quæ per se mala est, prossus damno; tum gratuity mutui & misericordiæ erga fratrem egenum liberalis debitum ultra admitto. Istud namque debitum nihil facit adversus contractum hactenus à me defensum, aut contra alia in eandem rem

b Ex D. dicta; b quatenus mutui debitum non tale esse, ut semper urgeat posui num. 1, & ex doctrina D. Thomæ expressa num. 29 rela.
Th. lex
^{mutui}
^{non sem-}
^{per obli-}
^{gat;}

ta , confirmavi. Hæc igitur obiectio non mihi obest.

Imo ex hoc ipsa lege , quæ obiicitur , addo pro me quod non leuiter annotandum est , in hunc modum .

Cum lex ista sic faueat fratri pauperi , ut ea stante non possit licite diues pauperi mutuum negare , quo pauper indiget ; ideo è contra censenda est non sic fauere diuiti ut vicissim frater pauper puta pupillus vidua &c. de quibus num. 18 non possit licite mutuum negare diuiti , mutuum inquam ex dote , ex hæreditate &c. item diuiti non tam indigenti , quam am-

*c Et cum
faueat
pauperi
ne possit
ei diues
negare
mutuum ,*

Inst. 4.

plius ditando: ^d sed censem.
Fauet etiam ut possit ipse fænere rari diuiniti pecun.
Quatenus fauet ut possit negare ei mutuum.

da potius est sic fauere pauperi viduæ, ut dixi, pupillo &c. ut opposito modo propter oppositas à scriptura sacra citatis locis datas rationes fœnerari licite possint fratti non indigeni, non infirmato, non attenuato manibus &c. pecuniam ad usuram; hoc est ad honestum ex pecunia ad negotiandum commissa captandum lucrum. Cum enim hi & similes possint vi, ut dixi, rationum oppositarum licite diuitibus aut similibus negare mutuum ex dote &c. videlicet mutuum stricte sumptum non modo agri, vineæ &c.

verum & pecuniæ ; poterunt etiam licite , sicuti agrum & vineam &c. iusto pretio locare ; ita pecuniam ad negotiandum committere , & sic ex ea lucrum aliquod honestum videlicet moderatum sperare atque exigere ; quod mihi est propositum. Et quia contra hæc nihil facit prædicta obiectio ; quin potius plurimum fauet , ut ostensum est : sequitur &c.

Monitum.

TRIA solum (ut mihi renuntiatum est) fue-

Monit.

f Tres difficultates. runt, *f* optime Lector, ea in quibus vir eximie doctus, idemque similiter pius, perlecto hoc opusculo, hæsit veluti difficultatem, suo iudicio, utcunque continentibus: cuius rei te non immerito volui monitum; ut agnoscas eo librius posse libellum hunc deinceps inoffenso decurri pede, quo scrupulos earum difficultatum (quicunque illi sunt) ego facilius removero, prout mihi nunc, Deo fauente, propositum est & spes eos remouendi.

Prima itaque difficultas *g i Dif. ficit. ex insufficien-* fuit, *g* quod solutio à me data num. 11 videatur in-

sufficiens, cum dixi perinde posse me fructum ex pecunia mea referre quamvis non de se fructifera, sed per solam humanam industriam: sicut ex agro meo referto etsi per solam coloni industriam fructifero. Et ratio insufficientiae visa est duplex; ^b primo quod, etiam secundum Aristotalem, definitiones rerum traduntur per earum potentiam, non per actum. Secundo quia disparitas afferatur ex eo quod ager natura sua potentiam habet fructificandi; pecunia vero non habet eam potentiam, sed solummodo actum.

Ad hæc ut respondeam,

*Monit.
tia sola-
tionis
data
num. II.*

*^b Duplex
ratio
pretensa
insuffi-
cientia.*

216 DE VS V LICITO
suppono me cum dixi agrū
meum non nisi ex industria
villici habere ut ferat fructū;
ut inde argumentum à pa-
ri meum , simulque solu-
tionem idoneam concinna-
rem ; sumpsisse *fructum* a-
gri non vague , ac uniuersim
pro rebus quascunque ille
de se referre potest ; ut pro
veribus , ac tribulis , &
similibus , quæ nec vocan-
tur , nec sunt propriæ fru-
ctus agri : sed pro frumen-
to v. g. vel alio simili ad vi-
ctum humanum accommo-
dato : prout in specie satis
expressi num. 12 , cum ad-
didi *Quod iure ipsi* , colono,
debetur pro semine , *quod de*
suo suppeditat , &c.

Hoc

Hoc posito respondeo i nullam esse agro de se præcise , quanquam alioqui de se pinguissimo , vim & potentiam gignendi frumentum v. g. Nam nec habet ille vim seu potentiam acquirendi sibi actione ulla sua tale semen ; quo secluso impossibile absolute est ut referat frumentum : nec si forte grana quædam frumenti in eum deferrentur vi venti , aut aliter ; vim habet ille condendi ea sub-
tus glebas , & occultandi à volucribus , aut irrigandi , aut eximendi à vepribus &c. Et ita quoad hunc fructum , qui est frumenti , non deest idonea paritas

Maig. De usu Lic. T

Monit.
i Resp. I.
nulla est
agro de
se poten-
tia gig-
nendi
frumen-
tum.

218 DE VS V LICITO
inter agrum & pecuniam.

Monit.

I Resp. 2. Respondeo 2. ¹ Quamvis ager potentiam de se habeat (quod non inficior) effet tamens otio. ^{sa sine} coloni industria. fouendi semen ex industria coloni suscepit ; & subministrandi conuenientem semini succum &c. iuxta dispositionem debitam ex idonea cultura item suscepit : hæc ipsa tamen potentia maneret certissime otiosa , ni conueniens ad haberetur opera coloni seminantis , arantis , occantis &c. unde quia prout otiosa est ea potentia , potest eadem non immerito censi nullus : consequenter manet etiam quoad hoc sufficiens agrum inter & pe-

cuniam optata paritas.

Monit.
m Resp. 3
pecunia
est fru-
ctifera
actione à
se manu-
te instru-
mentaliter
ter.

Respondeo 3^m pecu-
niā, etsi ad fructum fe-
rendum actiua non sit a-
ctione à se immediate prin-
cipaliter manante; fructife-
ram tamen esse actione à se
manante instrumentaliter:
ac eatenus quemadmodum
ferra, quanquam non fecet
actione sibi propria, sed so-
lum actione fabri ut prin-
cipalis agentis, per ipsam
in lignum deriuata; propter
eam tamen actionem
sic deriuatam dicitur seca-
re, secatque. At non ab-
similiter pecunia, licet non
per se physice; sed solum
actione idonea negotiantis,
per ipsam prout in ratione

Monit.

conditionis aut instrumenti, præsuppositam deriuata in contractus utiles honestos fructum ferat: ob eam tamen actionem sic deriuatam, non improprie dici potest fructifera, & reuera id sufficit ut fructifera sit in contractibus anni constituti redditus. Ex his vero semper mihi supereft inter pecuniam & agrum optata paritas, quatenus nec ager ipse frumenti ferax est nisi ut instrumentum coloni, qui agro utitur ad ferdum triticum vel hordeum &c. sicut faber serra ad secundam quercum vel abietem.

ⁿ Resp. 4.
concessio

Respondeo 4ⁿ quod de-

finitiones (v. g. fructiferi) ^{Monit.}
 ut per potentiam , non per ^{pecunia}
 actum edendas ; & dico sa- ^{habere}
 tis esse mihi , quod pecu- ^{actum}
 nia ipse mihi ^{fructi-} concedi- ^{ficandi}
 tur actus fructificandi : cum ^{debet co-}
 enim non sit actus absque ^{cedi ha-}
 præsupposita conuenienti ^{tentiam.}
 potentia ; impossibile est , eo
 ipso , quin ex concedendis
 pecunia potentiam habeat
 ferendi fructum ; cum ex
 concessis actum habeat fe-
 rendi fructum . Atque ita
 primæ huic difficultati sa-
 tisfactum , ut puto , est ;
 quamuis quoad istud ulti-
 mum responsio metaphy-
 sicam oleat ; sed non potest
 non eam otere accommo-
 data responsio , cum non

222 DE USU LICITO

Monit.

nisi metaphysicam spirer
hæc ipsa difficultas ex de-
finitionum fundamentis pe-
tita.

63 Secunda difficultas fuit,
 o 2. Dif- ° quod meum videbatur es-
 fic. erat se, ut probarem ipsi pecu-
 prob. pe- niæ conuenire mercis ra-
 cun. ha- tionem, ad hoc scilicet ut
 bere ra- ex ea tanquam vendita vel
 nem empta, non secus ac sit ex
 rcit. mercibus, colligi possit fru-
 ctus.

Resp. i. Respondeo i p satis hac
in parte fuisse mihi, quod
o quod licet non dixerim ex pecu-
n di- nia prout vendita vel em-
*um est.*pta referri posse fructum;
 dixi tamen cum D. Thoma
 referri posse à me fructum
 ex mea pecunia prout ad

pro me negotiandum com-
missa ; quod solum opto.
Et ita satisfactum puto se-
cundæ difficultati.

Respondeo tamen 2, q si ^{q Resp. 2.}
sic agendum est in rigore, ^{sicut de}
præstitum id à me satis , vel ^{aliis cō-}
fane intelligi potuisse veluti ^{mutatio-}
præstitum. Cum enim in ^{nibus sic}
commutationibus , quibus ^{de pecu-}
absque interpositu pecuniæ ^{nia qua}
(ut sæpe fit) vinum exem- ^{venditus}
pli causa pro panno ad ve-
stitum sumendo datur ; & ^{& emi-}
pannus eatenus rationem ^{tur.}
habet mercis , utpote hinc
venditus , inde emptus ; ne-
cessè est vicissim ut pannus
ipse pro vino detur (datur
enim vicissim alterum pro
altero) & consequenter ut

224 DE VS V LICITO
vinum quoque quoad se ra-
tionem habeat mercis ad
victum necessariæ ; utpote
hinc mediante panno em-
ptum , & inde panno me-
diante venditum : ac ita
uniuersim in quibuscun-
que commutationibus ; non
enim emptio fit aut vendi-
tio , sola mediante pecunia,
sed quocunque hinc vel in-
de in commutationem da-
to. Consequens vero inde
est saltēm à pari , ut quando
pro pecunia datur , seu ven-
ditur pannus ; necessario vi-
cissim detur seu vendatur
pro panno pecunia : id est ,
ut hinc vendatur pannus ,
& ematur pecunia ; hinc
vendatur pecunia , & ema-

tur pannus : id enim in ri-^{Monit.}
gore fert commutationis
propria reciproca ratio ; sit
autem non minus pecuniæ
in panum commutatio ,
quam è contra. Vnde quia
id quod hinc venditur inde
emitur , habet (ut dictum
est) propriæ rationem *mer-
cis* ; et si forte non eius no-
men gerat quoad vulgi
usum ; sequitur &c.

Confirmatur hoc ipsum
ex proprietate , quæ solis
mercibus conuenit , ut est ^{Confir-}
esse carius aut minus ca-^{matur}
rum. Nam sicut ubi est v.
g. frumenti copia exigua ,
solet eius mensura certa ^{quia pe-}
vendi , adeoque emi , mul-^{cunia eo}
tâ pecuniâ ; paucâ vero pe-^{carior}
^{quo ra-}
^{rior & è}
^{contra.}

Monit.

cuniâ , quando est magna
frumenti copia : ideo scili-
cer quia in priori hypothesi
frumentum , utpote rarius,
est carius ; & in posteriori
est minus carum eo quod
abundantius. Ita quando
in regno aut prouincia , pe-
cunia rara est , seu parua
est eius copia ; tunc certa
ut prius mensura eadem,
cæteris paribus , tritici ven-
ditur , adeoque emitur pau-
câ pecuniâ ; & è contra
emitur multâ , quando est
ipsius pecuniæ magna co-
pia ; & utrobique tamen
seruatur hic & nunc valoris
æqualitas ; adeoque valoris
est maioris pecunia rarior,
& minoris abundantior.

Cum autem res ita habeat, Monit.
perspicuum est cariorem
esse pecuniam cum est ra-
ra, & minus caram cum
est abundans. Atque ita
simul perspicuum est pecu-
niæ conuenire proprietati-
tem hanc, ut dixi, quæ est
mercium; adeoque condi-
tionem ipsam qua pecuniæ
reuera sint merces, quan-
quam id nominis non eis à
vulgo tribuatur. At non
ex nomine vel defectu no-
minis res pensanda est; sed
nomen à sapiente aptan-
dum est rei secundum ve-
ras eius conditiones. At-
que ita probauit iam, ut op-
tabatur, mercis condi-
tione & rationem in rigore

228 DE VS V LICITO
 commutationis conuenire
 pecuniæ ; ipsamque pecu-
 niam ritu mercium , in eo-
 dem rigore , vendi reuera
 & emi ; atque eatenus ex
 pecunia (etiam , si opus est,
 empta & vendita) colligi
 posse fructum ; & simul
 duabus hisce responsioni-
 bus , omnino satisfactum,
 ut puto , est secundæ huic
 difficultati.

64

*13. Dif.
 sic. erant
 expref-
 sius af-
 signandi
 casus li-
 citi ad
 fructum
 ex pecu-
 nia, &c.*

Tertia difficultas fuit ,
 quod ego debuerim expres-
 sius assignare casus in par-
 ticulari , quibus ex pecunia
 licet fructum referre.

Ad istam respondeo i-
 eam , ut ita propositam , fa-
 uere omnino mihi : quatenus dum exigitur expressio
 magis

magis in particulari assig-
nanda casuum, in quibus
ex pecunia fructus esse po-
test licitus : conceditur
hoc ipso mihi id quod so-
lum opto ; nempe casum
talem aliquem esse in quo
is fructus licitus est ; proin-
deque (ut hinc omnino se-
quitur) non omnem ex pe-
cunia ducendum fructum
esse natura sua usurarium
adeoque illicitum.

Respondeo 2^u mihi qui-
dem esse visum satis quod
expressi, D. Thoma sic do-
cente, non semper homi-
nem teneri ad mutuum
(videlicet mutuum proprie-
sumptum) exhibendum :
satis, inquam, id fuit. Cum

Maig. De usu. Lic. V

*t Hac dif.
sic. facit
iam dictis.*

*u Resp. 2.
licitum est
in omni
casu fru-
ctum ex
pecunia
referre
quo licitus
est non
dare ma-
tuum.*

230 DE VS V LICITO
enim extra mutui huius
casum , usura locum non
habeat , secundum quod
usura dicit lucrum ex mu-
tuo vi mutui. Sequitur li-
cere ut fructus ex pecunia
referatur in omni casu par-
ticulari , quo licitum est
non dare mutuum ; casum
x Casus vero istum *x* satis facile est,
ille ex ut quivis determinate ag-
tribuentis noscat hinc ex tribuentis
egestate , hinc ex pinguio-
& pin- ri fortuna recipientis (aut
guori *fortuna* *recipien-* è contra) aliisque similibus
receptis aut è *contra,* *&c. dig-* circumstantijs. Et ita satis-
noscitur. factum est difficultati huic
tertiae.



AVTOR LECTORI.

NON me latuit, 65
optime Lector,
quantus per ora pluri-
morum, tota civitate ru-
mor volitarit, ipso initio
quo Typographus differ-
tationem de quodam in
particulari Vsu Licito
pecuniæ (quam à me vix
obtinuerat precibus &
suis & amicorum) vul-
gavit. Statim namque ex

primo tituli vel aspectu,
vel auditu (sicut mihi est
ab amicis renuntiatum)
virorum alioqui doctrina
& pietate insignium ani-
mos invasit metus , nes-
cio quis , ne forte differ-
tatio hæc vitium usuræ
turpissimum illud , ac to-
ti orbi tum Ecclesiastico,
tum Civili odiosum nite-
retur honestare , atque
illustre simulque inno-
cens reddere : Ac ideo
specie zeli pro justitia ,
quasi contra usuram , ita
contra dissertationem alij

se ad censuras accersendas, alij ad refutationes edendas comparabant. Non , inquam , id me latuit haetenus. Sed neque nunc latet libellos quosdam contra usuram de novo editos , aliunde ascitos , & iterum Tolsæ etiam cusos , opera & arte (ut par est credere) eorum qui dissertationi meæ adversantur , ut illos eatenus ei opponent ; nimirum (quod solum optant) abolendæ penitus alienis iis scriptis,

quam suis nondum tentarunt ; aut saltem , ut apud vulgus passim jactaretur, esse eam scriptis illis prorsus deletam.

<sup>a Occasio
scribendi,
ac debiti.</sup> Hac de causa ,^a & occasione hac in primis oportuna , cum nempe secundam Typographus editionem apparat existimavi pretium operæ futurum non leue ; si hortatu præsertim Virorum illustrium quorum hinc pietati , & hinc dignitati primariæ debitum istud obsequium mei negare ne-

que debui , neque potuit ;
lucem aliquam afferrem
iis, quæ præcipue (sicut ab
amicis audivi) difficulta-
tem habere aut abusibus
occasione ut cunque da-
re visa sunt adversarijs.
Id vero efficiam eo li-
bentius quo satisfactio
data iis difficultatibus ru-
morem illum antea di-
ctum consopiet , ut spe-
ro , saltem aliquatenus ;
& insuper certus etiam
sum ^b illa efficacius inde
confirmatumiri , quæ in
superioribus de contractu

^b Ex his
confirmat-
buntur
dicta su-
perius, &c.

V iiii

*nulla
dein ceps
apparebit
abusionis
occasio.*

dixi commissionis ; nec non eadem opera ostensum iri nullam in eis occasionem contineri abusionum respectu certe illius , qui probe intellexerit , & sincere voluerit servare conditiones præscriptas eius contractus. Qualis enim in malum esse potest occasio abundantis remedio, quod contra mali vim institutum est ? Cæteroqui difficultatum capita disponam & solvam ordine sequenti. Sic tamen solvam

(Deo favente) ut media
solvendi adhibeam non
alia , quam quæ jam in
superioribus exposui, dis-
posuique velut præoccu-
pans futuras earum , quin
& aliarum objectiones.





PRIMA DIFFICULTAS.

*De dominio proprietatis à mu-
tuante in mutuatarium vi-
actus mutuandi non trans-
lato ; simulque de funda-
mento debiti naturalis ,
quod est ad nihil speran-
dum ex mutuo vi mutui.*

66

*c Obiici-
tur quasi
dominiū
propriet.
in mutuo
transfera-
tur ob 5
rationes.*

DISPLICVIT non paucis id quod ego pluries insinuavi , rei dominium , quod est proprietatis , in mutuo non transferri .^c Est enim , aiebant , id omnino falsum ; quia in primis eius oppositum docent communi consensu omnes ; ip-

seque D. Thomas, à me
citatus num. 22. Ac deinde,
quia dominia hæc duo, quo-
rum vnum est proprietatis,
& alterum est usus, voca-
turque utile, sunt insepara-
bilia in rebus usu consump-
tibus; quatenus istarum
usus est, earundem com-
sumptio; rem autem com-
sumere, seu destruere non
potest licite, nisi qui vere
dominus eius est. Tertio,
quia ratio cur ex mutuo vi-
mutui non licet citra labem
usuræ, fructum recipere, ac
ne quidem sperare (juxta
illud Christi *Mutuum date*
nihil inde sperantes, tota su-
mitur ex eo quod minime
licet fructum recipere, vel
sperare

^{Diffic}
cultas.

240 DE VSV LICITO

^{z. Diff.} sperare è re non sua (quidni
cultas. enim è contra de re sua li-
ceat aliquid sperare ?) Vn-
de quia res non desinit ali-
cui esse sua , nisi per transla-
tionem dominii proprietatis,
per quod erat illi sua : idcirco
censendum est in mutuo ui-
actus mutuandi translatum
esse proprietatis dominium.
Quarto etiam , quia non alia
de causa mutuatarius rem te-
netur suo periculo custodi-
re , ac etiam in integrum
restituere si pereat , nisi quia
si perit , perit ipsi utpote
domino. Quinto demum ex
his ita positis arguebant ,
quod cum sententiæ hujus
mæ de usu licito pecuniæ
fundamentum à me statua-

tur

tur in hoc præcipue , quod
in mutuo translatio dominii
minime fiat ; consequens est
fundamentum à me statui
penitus falsum ; adeoque fal-
sam esse meam illam sen-
tentiam.

^{1. Diff.}
cultas.

Respondeo. 1. Ad illud
quintum , ^d ut ipso initio
scrupulum amoveam , qui
videri vtcunque posset obes-
se mihi ex hac falsa hypothe-
si. Et dico fundamentum
hujusmodi sententiæ nullo
modo poni à me in ea trans-
lati per mutuum dominii
negatione ; sed potius in ip-
sius negatione mutui ; qua-
muis neque hæc ullatenus
ponatur loco fundamenti ,
sed solum supponitur ut

^{d Resp.}
^{supponi}
^{falsum &}
^{nihil per}
^{eam effici.}

242 DE VSU LICITO

^{1. Diffi-} cultas. conditio ; quatenus nimirum , si ratio mutui quoquomodo intercederet in contractu , quem exposui num. 9, fateor vltro imo assero non fore eum ab usu ræ labe immunem. Et addo sic. Cum in contractu illo , quem hactenus deffendi , & num. 9 exposui, nullus mutuo sit locus , consequenter sive in mutuo transferatur proprietatis dominium (sicut isti doctores volunt) sive non transferatur, (prout ego in contrarium videri possum ex dictis , & mox etiam dicendis , forte non immerito sustinere) nihil contra meam de Vsu Lictio , &c. sententiam facit hæc

instantia.

^{f.} Diffi-
cultas.

Respondeo 2. ad primum, concessum quidem à me semper, imo affirmatum, fieri ut mutui, translationem dominii utilis; & solummodo negatum fieri translationem dominii proprietatis; nec unquam existimatum Autores, ipsumque D. Thomam de isto velut absolute, seu quoad vim eius totam vere translati intelligendos; sed solum de illo: de isto autem non nisi aliquatenus quoad modum, ut ex dicendis num. 68 statim agnoscatur.

^{e ad i}
distingui-
tur.

Respondeo 3 ad 2, quo volunt inseparabilia esse ista dominia in rebus usu con-

^{f ad 2}
prob. do-
minia esse
separabi-
lia ex D.
Th. & In-
nec. 3.

244 DE VS V LICITO

^{s. Diff.} ^{cultas.} sumptibus; & dico primo in contrarium, supponi hæc separabilia esse in usu pecuniæ (quam volunt esse usu consumptibilem) in primis à S. Thoma; ut retulimus. 3, dum ait, *Ita fit commissio pecuniae quod non transeat Dominium, sed remaneat tota res commissa in dominio committentis;* habetque similia relatus num. 4; deinde ab Innoc. 3, ut exposui à num. 41. Ex his vero liquet pecuniæ dominium quod est proprietatis in committente remanere, dum in servum, aut ministrum, de quibus D. Thomas, aut in mercatorem de quo Innoc. transit utile dominium.^{g Di-}

^{g item ex}
^{usu Mi.}
^{norum per}
^{Bonifac. 8}

co 2, in contrarium similiter
esse , quod professi pauper-
tatem religiosam nullum ha-
bent proprietatis dominium
in eas res , ut libros , vestes,
poculenta ipsa & esculenta,
&c. quorum usus ad con-
sumptionem usque conces-
sus est eis , cum jure sic lici-
te vtendi , adeoque cum do-
minio usus. Quod ipsum spe-
cialiter Bonifacius 8, in bul-
la quam ex eo refert sextam
Vvadingus in annalibus Mi-
norum tomo 2, luculenter
asservit respectu corundem
Patrum dum ait , Ecclesias,
oratoria , domus , loca , libros ,
utensilia , & alia quælibet
mobilia , & immobilia , quo-
rum usum licite habere nos-

i. Diffi-
cultas.

246 DE VS V LICITO

^{3 Diffi-}
cultas. *cimini... in ius & proprieta-
tem Beati Petri , Apostolica
authoritate suscipimus in per-
petuum.*

Porro cum nominat *Quæ-
libet mobilia , libros & uten-
filia ; nominat hoc ipso quæ-
libet usu consumptibilia , ut
sunt veste s , item esculenta ,
ut dicebam & poculenta
quorum usus licite habetur ,
adeoque dominium usūs ,
quod non est aliud quam ius
utendi sub beneplacito con-
cedentis ; & quo secluso iu-
re , non esset usus licitus .*

Ita igitur se res habet
quoad alterius ab altero do-
minio separabilitatē ex Boni-
facio 8: præter ipsum tamen
Bonifaciū sex alios recenser

in eandem rem Vvadingus¹ cultas.
tomo 3 sub ann. Christi 1322
num. 58; videlicet Grego-
rium 9, Innocentium 4,
Alexandrum 4, Nicolaum
3, Martium 4, Clementem
5. Quamuis autem non me-
lateat successisse Ioannem
22, qui tot Pontificū decre-
tales irritas esse voluit, ac
de facto revocavit in extra-
vagante sua *Ad conditorem*,
quæ habetur in 6, titulo 14.
de verb. signific. cap. 3, &
quamuis insuper bene norim
ortam inde non leuem apud
Doctores materiam contro-
versiæ; istam ego tamen,
cum non sit huius loci, fa-
cile prætereo, solum in re
proposita suffragium Ponti-

* Diffi-
cultas.

248 DE VS V LICITO

ficum quærens ; quale, etiam post Ioannem 22, suppetit locupletissimum : nam Vvadingus eodem Chr. anno 1322 num. 61 & sequentibus, non solum S. Bonaventuræ commemorat rationes & argumenta ; sed etiam numerat refertque Pontifices nonem omnino , qui Bonifacij quidem , & Nicolai , &c. decretales renovant verbis expressis. Isti vero sunt Martinus 5, Eugenius 4, Calixtus 3, Nicolaus 5, Pius 2, Paulus 2, Alexander 6, Iulius 2, Leo 10. Ex his itaque sat constat in ipsis etiam usu consumptilibus dominia hæc esse ab invicem separabilia.

Ad rationem vero, quam
afferri consuetudo est pro
inseparabilitate dictorū do-
miniorum in rebus usu con-
sumptibilibus probanda, di-
co eam non valere.^h Quan-
tumuis enim is, qui rem usu
consumptibilem concessam
sibi ui mutui accipit vten-
dam; accipiat hoc ipso ius
eandem consumendi; prout
nimirum usus eius rei est
eiusdem consumptio, & ea-
tenus videatur simul acci-
pere proprietatis dominium
in ipsam; hoc est, ius trac-
tandi eam, ut vere suam,
& ut verus eius quoad pro-
prietatem dominus; quate-
nus rem alienæ proprietatis,
seu non vere suam non po-

ⁱ Diff-
cultas.

68

*h domi-
nium vi-
le in usu
comsump-
tib. suffi-
cit absque
domino
proprie-
tatis.*

250 DE VSV LICITO

I. Diff. test quis licite consumere ;
cultas. eo quod rem consumere, est
eam destruere & efficere ut
non sit ea res. **Nihilominus**
ex natura rei , si quis bene
attendant , quemadmodum
in rebus non consumptibi-
libus usu, concessum ui mu-
tui dominium utile faculta-
tem tribuit vtendi in omni-
bus ad quæ se naturaliter
extendit usus concessus ; ita
& in iis quæ usu consu-
muntur , dominium solum
utile ui mutui concessum
tribuit (aut nihil tribuit)
plenum ius vtendi ad con-
sumptionem vsque , prout
scilicet non esset usus , nisi
esset consumptio ; adeoque
non esset (contra hypothe-

sim) concessus usus.

Et hinc i agnoscet modum secundum quem num. 67, dicebam de proprietatis dominio intelligi quoad modum in rebus usu consumptilibus, id quod in eis est solius utilis dominii. Quia ergo solum utile dominium absque dominio proprietatis concessum sufficit ut plenum ius praedictum tribuat consumendi; neque ad hoc requiritur specialiter proprietatis dominium; aliqui ut patet, futurum frustra: sequitur non modo nullam esse vim rationis, quæ in rebus usu consumptilibus, ex facultate, aut iure consumendi, destruendi, &c.

i Diffi-
cultas.

i Domi-
nium uti-
le habet
in istis
modis do-
minii pro-
prietatis.

252 DE VS V LICITO

^{I. Diffi-}
^{cultas.} Concessus vi mutui , obten-
dit proprietatis dominium
perinde , & æque conces-
sum ui mutui : sed etiam se-
quitur vim è contra sumi ex
eadem ratione ad efficaciter
probandum in mutuo con-
cedi solum usūs dominium,
utpote ad id vere sufficiens;
retineri vero dominium pro-
prietatis , eo vel maxime,
quod licet res quoad sui sub-
stantium consumatur ; & ita
videatur subtrahi dominio
mutuantis : non tamen con-
sumitur (adeoque nec sub-
trahitur (quoad sui valorem
(ut postea insuper magis di-
cam num. 70) & ita quoad
eius vim totam retinet mu-
tuans totum , quod in ea
habuit,

habuit, proprietatis dominium. Ergo quod optabam, separabilia sunt ab invicem hæc duo dominia in ipsis rebus usu consumptilibus, perinde atque in cæteris.

ⁱ Diff.
cultas.

69

Resp. 4 ad 3,¹ fallacem esse, ut videri non immerito potest, rationem illam, quæ ad probandum non licere ex mutuo vi mutui aliquid expetere, vel sperare, sumitur ex dominii translatione: quod scilicet propter eam res mutuata desierit esse mutuantis: ut namque mutuanti præripiatur legitimus omnis titulus expetendi aut etiam sperandi aliquid supra sortem; dicitur ipsum ubi mutuavit, renunciasse

ⁱ Non
ideo ne-
fas est ex
mutuo
lucrū su-
mere
quod in
mutuo do-
minium
transfe-
ratur.

Y

254 DE VS V LICITO

i Difm
cultas.

sua sponte dominiq proprie-
tatis, quod prius in rem mu-
tuatam habebat; & ita dein-
ceps minime esse suam :
vniversim autem è re non
sua fructum aliquem spera-
re sit natura sua illicitum.

Respondeo, inquam, non
immerito videri posse ratio-
nem huiusmodi fallacem
esse. Nam in primis (ut
nunc omittam id quod iuxta
dicta numero 16, facile pos-
sum ad hominem sumere ;
nempe quod in censu reddi-
tus constituti, similiterque
in censu locorum alicuius
montis, fructus licite reci-
pitur è re non sua) ex na-
tura rei nulla est in mutuo
necessitas dimitendi pro-

prietatis dominium, quando conceditur ytile, seu facultas utendi re per usum consumptibili. Tum primo quia ista dominia, ut iam ostensum est num. 68, natura sua sunt separabilia in rebus ipso usu consumptilibus. Tum, 2°, quia concessa illa facultas non habet hoc ex uero sui, ut præripiat mutuanti proprietatis dominium, quandiu ille ipsum vult (ut non est dubium, quin velit cum posse) retinere. Tum 3, quia licet res mutuata, secundum sui substantiam consumatur iure prædictæ facultatis mutuatario datae à mutuante; non tamen valor eius consumitur, prout iam

Y ij

256 DE VSO LICITO

¶ Diff. insinuavi num. 68; sed ma-
cultas. net semper, & ratione eius
res ipsa mutuata manet mu-
tuanti sua; sicut manet ei-
dem suum quod habuit, &
minime intendit abiicere
proprietas dominium in il-
lam. Tum q, quia mutuans,
nisi rem suam donare velit,
atque eatenus ipsam absolu-
te facere non suam; non te-
netur, imo non debet, præ-
cise prout mutuatur, domi-
nium suum abiicere; sicuti
donando abiiceret. Non
enim aliud video fore dis-
crimen inter donationem &
mutuationem, nisi forte di-
catur istud esse, quod is qui
donat, renuntiet pro sem-
per suo dominio, mutuans

autem renuntiet solum ad tempus, & isto elapso tempore resumat: quasi (quod per se absurdum est) proprietatis dominium subsumtim à mutuante cadat in mutuatarium, & mox ab isto quantumuis renitente, ac etiam (ut sæpe fit) negante debitum, recidat in illum. Tum 5, quia nemo usquam existimavit eum qui numeros aureos v. g. mille mutuavit, pauperiorem esse factum eo præcise quod mutuaverit; quasi mutuando perinde atque donando sibi subtraxerit id quod prius habebat in eos mille numeros proprietatis dominium, vi cuius habebat eos ut suos:

Y iij

258 DE USU LICITO

ⁿ Diffic.
cultas.

necesse autem foret fuisse illum eo mutuandi actu pauperiorem factum , si eo mutuandi actu amisisset vere , sicuti per actum donandi dominium in illos mille nummos ; quatenus hi , ut volunt , solo mutuandi actu sic absolute desierunt esse sui , respectu mutuantis ; ut simul cæperint esse absolute sui , respectu mutuatarij .

70 <sup>n Isdem
5 ratio-
nibus do-
minium
remanere
mutuan-
ti.</sup> Cum itaque (ut ex his quinque capitibus concludam id quod respondeo) primo separabilia sint ab insuicem duo dominia , proprietatis nimirum & usūs : & 2 sufficiat mutuatario dominium usūs , ut eo solo accepto habeat ius consu-

mendi rem sibi mutuatam :
Ac 3, manente , ut semper
manet , rei mutuatæ , et si
consumptæ , valore , ma-
neat mutuanti res ipsa sem-
per sua , saltem ratione va-
loris ; adeoque maneat eius
in ipso dominium : & 4, mu-
tuantis à donante discriminem
esse debeat aliud , quam do-
minii velut ambulatorii , hinc
nempe ad certum tempus ,
hinc pro semper translati :
& 5, mutuans non fiat pau-
perior , sicut intelligitur fa-
ctus is qui donavit , sequi-
tur veram rationem cur ex
mutuo non liceat aliquid
ultra sortem recipere , pri-
mo non debere necessario
sumi ex translatione domi-

260 DE VS V LICITO

¶ Diff.
culpas.

nii, quatenus nulla necessitas est, ut ea in mutuo fiat; nec 2, sumi eam necessario debere ex eo quod mutuans fructum illum reciperet ex re non sua, quatenus ex dictis constare sat potest rem illi manere semper suam, saltem quoad valorem; qui, re licet per usum actualem consumpta, manet semper in aestimatione prudentum.

71
• *Manet
scilicet
moraliter.*

Neque vero nova res est, ut proprietatis dominium (quo solo stante res est alicui vere, ac proprie, atque absolute sua; & quo è contra non stante res est absolute non sua) sicut non est, nisi quid morale, maneat perinde moraliter, ma-

nente etiam suo modo moraliter & in æstimatione prudentum re ipsa mutuata, quatenus eius quanquam realiter secundum substantiam consumptæ manet valor. Non, inquam, est id res nova quia saltem p nemo negabit, quin mutuantimaneat semper ius repetendi condicto tempore pecuniam, seu rem quamlibet à se mutuatam ; non quidem repetendi eandem secundum substantiam, cum sit hoc impossibile facta iam eius consumptione, sed repetendi secundum valorem, siue in æquivalente : quamuis (ut num. 5, & alibi dixi) pecunia non sic usu

¹ Diff.
cultas.

p Nam
& manet
illi ius
ad repe-
tendum.

^{Diff.}
culas.

consumatur , quin post sui usum relinquat loco sui, non solum sibi æquivalens , verum etiam amplius valens, ex quo sumi potest fructus, juxta illud. D. Thomæ num. 3 citati , *Sicut rei propriae partum recipit , non tanquam numismatis ex numismate immediate ; sed partum ipsarum rerum quæ per numismata sua sunt acquisitæ*

^q Et istud ius est quid ana lozum do minio, & vim ba bet can dem. Cur ergo non & nomine? *jasta commutatione.* ^q At si manet revera ius istud, quod est repetendi rem , &c. quæ ratio est, ut non perinde maneat proprietatis dominium in rem , faltem secundum valorem ? Certe vero ius istud est aliquid necessario per se analogum dominio;

quidni ergo vocetur dominium? Aut num in hoc sola est quæstio de nomine; sicut in eo quod piaculum existimatur, si quis dicat esse partum numismatis ex numismate immediate; quamvis facile permittatur dici ac esse partum numismatis ex numismate mediate? Præsertim quia vi iuris illius res est, manetque mutuanti sua perinde ac vi dominii; alioqui dum eam repetit, repeteret non suam, sed rem mutuarii, quod est contra justitiam.

Ac ne quis putet commentum esse meum id quod dixi rem titulo mutui concessam suam semper manere

houp

264 DE VS V LICITO

^x Difficultas. mutuanti , & minime fieri
mutuatarii: adeoque propri-
tatis dominium nec in istum
transferri, nec ab illo dimit-
ti : juvat authenticum &
omni exceptione maius pro-
mere , huius rei testimo-
nium. Sic itaque habetut
digestorum lib. 50 titulo 16
de verborum signific. lege
213 cedere diem , circa fi-
nein. *Aes alienum* (glossa;
id est , nummi quos debe-
mus) *est quod nos aliis de-*
bemus : *aes suum est* , *quod*
alij nobis debent. Quibus
positis ita subsumo. Atqui
nullus , ut puto , est , qui
negaverit usquam deberi
mutuanti à mutuatario *aes* ;
vel dicas , pecuniæ pondus,
quod

quod iste ab illo accepit sub ^{Dicitur} titulo mutui. Ergo istud æs vel istud pecuniaæ pondus, licet mutuo iam traditum, est suum respectu mutuantis. Et quia non potest res vna & eadem , ac eodem tempore , esse sua respectu duorum : consequens est, ut illud æs , &c. non sit saltem nunc suum respectu mutuatarii, qui debet illud mutuanti , à quo accepit. Et quia nulli est proprietatis dominium erga rem , quæ non est sua , dum non est sua ; consequens est , ut erga istud æs mutuatarius quandiu eius est debitor, minime habeat proprietatis dominium , sed mutuans , cui

266 DE VSU LICITO

x. Diffi-
cultas.

æs est suum , utpote debi-
tum ipsi : per id enim erga
rem aliquam constat alicui
proprietatis dominium , per
quod res est illi sua.

6

*r. Ar-
guitur
contra do-
minij träs
ferendi
allatum
rationem*

Præterea contra dominii
translationem illam , addo
rationem , cuius existimosa
vim non facile posse ab ad-
versariis eludi . Certum est
vsurarium fore contractum ,
quo gregem suum dives ali-
quis villico traderet ea pa-
ctu lege , ut non modo fru-
ctus ipse perciperet , sed
etiam capitale semper sibi
maneret saluum , absque eo
tamen quod præter merce-
dem operatum convenien-
tem , assignaret simul pre-
mium sufficiens pro redimen-

Dif.
cultas.

do periculo, quod esse po-
test ne capitale pereat. Con-
tractum, inquam, huius-
modi fatentur omnes usur-
rium fore. At fatentur æque
omnes, gregis dominiū sem-
per manere penes divitem;
cum saltem nemo censem
gregem esse de numero re-
orum usu consumptibilem.
Ergo eatenus necesse est ut
fatentur pariter omnes, fru-
ctum quem iste dives refert
ex eo grege, referri ex re,
quæ eidem diviti est vere
sua. Ergo ratio cur iste dives
sit hic & nunc usurarius, non
est quod fructum referat ex
re non sua. Ergo à pari ratio
cur mutuans pecuniam, &
referens ex ea fructum sit

Z ij

Dicitus usurarius, non est quod fru-
entias. Cum referat ex re non sua,
quia perinde atque ille di-
ves, erit usurarius etsi fra-
tum referat è re sua, & con-
sequenter, dicit pecuniae
mutuatae dominium sibi re-
tineat, atque non trans-
ferat.

Dicitus Dices, quamvis ista ratio
Affer- non sit universaliter ad usu-
fugium, distinctio ram constituendam necessa-
ad eis sed resel-
litarum mo- ria, sed esse possit usuram sine
dus argu- caus ut patet in exemplo gre-
mendi. gis, & similius: ubi tamen
illa reperitur, sufficit, ut
usuram se sola constituat;
quia non potest, non usur-
arium esse lucrum, quod ex
usu rei non suæ quis perci-
pit. Sed contra, quia licet

i. Diff.
cultas.

istud vltimum esset verum, (de quo paulo post) nihi-
lominus pro dominii transla-
tione hac probanda , prave-
dicitur in mutuo transferri
dominium eo quod fructus
è re mutuata , est fructus
è re non sua; quod non esset,
si dominium traslatum non
esset: prius enim translatio
ipsa probanda fuerat velut
mutuandi actum necessario
consequens ; ut ea probata
constaret fructum ex re mu-
tuara , esse fructum è re non
sua , & eatenus usurarium;
non autem è converso di-
cendum fuit, ut in objectio-
ne fit , fructum è re mu-
tuata esse fructum usur-
arium , utpote sumptum è re

non sua ; ut inde constet in
mutuo transferri dominium.
Iste , inquam , ratiocinandi
modus est pravus , quia præ-
posterus & petens princi-
pium , supponit enim in an-
tecedente id quod in con-
clusione ponit . Conclusio
namque est , dominium in
mutuo transferri , & in an-
tecedente ponitur fructum
ex vsu rei non suæ sumpt-
tum , esse usurarium . At quis
non videt in eodem antece-
dente supponi translatio-
nem ipsam dominii factam
in mutuo ; quatenus non ni-
si per eam fieri potest ut res
mutuata incipiat esse non
sua respectu mutuantis .

Dixi paulo ante , licet

istud ultimum esset verum, quod quidem non immerito potest in dubium vocari. Si quidem in censu redditus constituti, in censu locorum alicuius montis (ut Romæ fit passim) ducitur (si quis ut jam num. 69 monui bene advertat) fructus è re non sua; nimirum è fundo à se prius posito. Et (quod amplius est, mihi que, ut puto, licebit hac occasione, velut per digressionem commemorare) potest ille, qui sic fructum è re non sua dicit, recuperare simul absque usuræ vitio fundum ipsum seu capitale; quatenus licite potest ex vi contractus de hoc initi fun-

dum recipere si sibi reddatur
(juxta dicta num. 15) vel
potest censum illum ipsum,
ut potè, perpetuum , vende-
re , atque pro eo tantundem
recipere pecuniæ, quantum
dederat prius. v. g. si mille
nummos aureos prius dede-
rat , recipiet iterum mille:
unde quia , ut supponitur,
annuatim ex more pro red-
ditu recepit quinquaginta;
& eatenus mille intra annos
viginti ; consequenter, ven-
ditione census post viginti
annos facta , recepit in sum-
ma omnino bis mille ; hoc
est , recompensationem du-
plicem : & quidem recepit
legitime , ac sine usura
(adeoque potest licite possi-

dere absque obligatione ad restituendum.) Quin & haberet similiter absque usu triplex recompensationem; si non nisi post annos quadraginta venderet. Id vero in via mutui foret plane usurarium (uide num. 22.) est enim discriminem, quia contractus mutui non est ad negotiandum & proficiendum, sed ad nihil sperandum.

Corollarium.

EX his porro clara res est) quam & opto præcipue notari modos aliquos agendi honestos esse in genere negotiandi, qui-

i. Diff.
cultas.

73

t Idem
specie &
quaritate
lucrū ex
pecunia
uno agen-
di modo
est licitio-
alio usu-
rarium.

bus absque usura , & licite
potest cum fructu recipi ca-
pitale ; quod aliis quibus-
dam agendi modis non lice-
ret ; eo quod modi illi usu-
ram de se inferunt . Istud ,
inquam , obsecro te , mi Le-
ctor , ut observes diligenter;
nam subinde merito poteris
mirari , si quem videris qui
deinceps ; id est , re ista ipsa
debitè perpensa mihi ut cu-
que succenseat propter assi-
gnatum à me modum effu-
giendæ usuræ , qui est ut ex
pecunia licite referatur pri-
mo fructus , & mox capita-
le . Quisquis enim id mo-
lestè feret , hoc ipso convin-
cetur odium habere (quod
revera mirum est) non ad-

versus usuræ vitium ; cum , ^{Difff-}
ibi nullum tale sit ; sed so-
lummodo adversus commo-
dum , quod ibidem est , li-
cite ut dixi , referendi ex
pecunia & fructum & capi-
tale : quamvis commodum
istud ipsum sit natura sua
quid innocens , & licitum ,
sicuti patuit in iis quæ dixi
de censu redditus constituti ,
& de censu locorum mon-
tis , eorumque venditione .
Si namque foret istud com-
modum natura sua malum
& usurarium ; non posset
non tale esse in ea venditio-
ne dictorum censuum ; qua-
tenus naturam suam vbique
gerit , nec eam potest exue-
re . **Necessitas** igitur cuique

276 DE VS V LICITO

I. Diff. cultas. est, ut vel contra sententiam omnium, usumque ipsum communem, negat licitam esse venditionem, &c editorum censuum; vel fateatur comodum illud referendi, &c esse innocens de se, atque immune à labe usuræ. At cum sit ibi; hoc est, in iis venditionis, &c contractibus, ita innocens, & ab usuræ vitio prorsus immune; erit perinde sic immune in alio quodam contractu, dummodo hic ex intrinsecis suis nihil habeat vel inferat usuræ. Atqui contractus commissionis cum assecurationis pretio, &c est huiusmodi; ut & probatum iam est abunde in superioribus

superioribus, & hic probabitur vberius præsertim à num. 95, & iterum num. 99. Igitur ui commissionis cum assecurationis pretio, &c. potest ex pecunia commissa, &c. licite fructus duci, & capitale haberi certum ; quamuis id ui contractus mutui sit illicitum & prorsus usurarium.

Vt vero nunc post hanc digressiunculam redeam ad caput ; clare potest ex dictis num. 71, prout ad 3 respondebam num. 69, non immrito videri fallacem esse rationem illam 3 num. 66 relatam : quamuis id ipsum constare magis poterit ex eo quod statim addo circa id

A a

278 DE VS V LICITO

Diffi-
cultas.

quod in eadem ratione 3 ha-
betur; *Quidni enim è contra*
de re sua liceat aliquid sperare?
Istud inquam, addo & dico
non esse bonam consequen-
tiam, si quis ita forte argumē-
tetur, antecedente ex modo
dictis dato non concessο.

*u Non
propter ea
non licet
sperare
de re non
sua, quod
semper li-
ceat spe-
rare de
sua.*

Non licet mihi ex re non
mea fructum recipere. Igitur
vniversaliter ex re mea licet
mihi fructum recipere. Non
est, inquam, bona ista con-
sequentia sic vniversalis, &
in omni hypothesi; quia po-
test impedimentum aliquod
incidere quo posito fiat, ut
ex re mea, quamquam vere
& realiter mea, non liceat
mihi fructum repetere. Nam
si ego liberali voluntate ac

F. A.

benefico mere gratuito
meum equum itineranti tra-
didi promittens expresse vel
tacite nolle me quicquam
ab eo expetere mercedis,
propter hoc beneficium :
certum est iam , seu posito
eo voluntatis actu liberali,
& promissione , &c. non
posse me , salva justitia, fru-
ctum aliquem recipere pro
mercede ex meo equo ; etsi
revera sit ille meus , & ne-
mo neget manere penes me
semper id quod in equum
habui prius , proprietatis
dominium. Ergo quod res
maneat alicui vere sua per
verum proprietatis domi-
nium ; non ideo bene asse-
ritur , vel infertur vniversa-

A a ij

* Diffi-
cultas.

liter posse licite ex ea fructum sumi.

* Ratio
cur ex
mutuo nō
liceat fru-
ctum re-
ferre.

Atque, * ut hoc ipsum applicem ad rem meam, ab equo scilicet aut alio simili gratis, ut dixi, commodato, ad pecuniam, aut rem aliam quam libet mutuatam: Simulque ostendam rationem veram cur ex mutuo minime liceat fructum referre, sumi optime posse aliunde, quam siue ex dominii translatione, sive quod eo translato fructus ille referretur ex re non sua, sic dico. Actus mutuandi est natura sua liberalis & gratuitus ex doctrina D. Thomæ, tum num. 24, tum præsertim num. 52 citati, & omnium

fensu. Is ergo qui titulo mutui sponte rem suam alteri tradit vtendam ; ni sibi repugnet , simulque ipsi naturæ mutui , tradit rem illam suam liberaliter , & vtendam gratis ; adeoque sine vlla spe mercedis ex eo beneficio percipiendæ; imo sic tradens tacita saltem , si non etiam expressa promissione testatur nihil se mercedis velle inde percipere. Atqui stante ea voluntate liberali, positaque , ad ampliorem eius firmitatem , dicta promissione , seclusisque omnibus aliis , manet mutuans naturæ iure obstrictus ad nihil expetendum , vel solum sperandum ex beneficio mu-

ⁱ Diff.
cultas.

^z Diff. tui à se præstito. Igitur ad
cūtias. eam obligationem in mu-
tuante probandam , non est
necessse recurrere ad illam
abdicationem dominii (de
qua supra) quæ faciat primo
ut res mutuata , non sit mu-
tuanti sua ; & 2 ut fructus
ex ea supra sortem ductus,
eo ipso sit è re non sua , &
consequenter eidem illici-
tus. Cum ergo dicunt ad-
versarii , *Quidni enim è con-
tra de re sua liceat aliquid spe-
rare ?* Non aduerterunt (ut
par est credere) ad ratio-
nem , quam attuli , quæ re-
vera per se solam , ac seclusis
alijs quibuscumque impedit
hic & nunc ne quid liceat
sperare de re sua. Estque ra-

tio hæc sic intrinseca natu-
ræ mutui , ut obligationem
importet se sola naturalem
omnimeodam abstinendi ab
omni mercede aut fructu
supra sortem ; quemadmo-
dum natura voti se sola in-
vehit obligationem redden-
di quod votum est : & sicut
non esset votum , obligatio-
ne hac seclusa ; ita nec mu-
tuum.

Præterea tamen rationem hanc assignatam à me
veram esse facile agnosces
mi Lector , si prout opto ,
attendas accuratius alteram ,
quæ sola supereft , falsam
esse , licet communius existimetur vera. Nimirum sen-
tentia , ut animadverto ,

A a iiiij

3. Diff.
cultas.

plurimorum est, rationem
cur minime liceat ex mutuo
vi mutui aliquid recipere
ultra fortem, esse quia, ut
ipsi putant, per se ac natura
sua malum est, recompensa-
tionem ex eadem re dupli-
cem recipere vel habere, vi-
delicet fructus capitalis, &
insuper capitale ipsum. At
vero istud non esse per se ac
natura sua malum agnatum
est, ut puto evidenter num.
73, ibi enim constitit, faci-
le ac saepius accidere ut
eiusdem rei liceat non so-
lum duplicem, verum etiam
triplicem & quadruplicem,
&c. recompensationem,
hoc est fructus ipsum capi-
tale bis terque superantes

ipsumque insuper capitale. ^{i. Diff.}
 cultas.

At quidquid aliqua occasio-
 ne licitum est , certissime
 non est ex natura sua ma-
 lum ; alioqui necesse foret
 ut ea occasione innatam il-
 lam deponeret malitiam :
 hanc autem si deponeret ,
 evidenter naturam quoque
 suam deponeret , seu muta-
 ret ; id est , desineret esse id
 quod est , inciperetque esse
 aliud quid. *Istud vero est im-*
possibile ex dictis loco suo in
Philos. Entis , de veritate
cujusque rei, trascendentali.
 Ergo , &c.

Circa id vero quod dice-
 bam duplicem , triplicem-
 que , &c. recompensatio-
 nem esse quandoque licitam

286 DE VS V LICITO

Diffi-
cultas.

ex eadem re ; adeoque non esse id per se malum : nolim ut putet quis esse me vllatenus contrarium D. Thomæ, qui (ut numero 22 obiicebatur) ex eo tanquam absurdō & falso & injusto damnat id omne quod vi mutui accipitur supra sorteū. Respondeo enim , id esse revera inustum , &c. in contractu mutui , prout infert D. Th. propter huius contractus rationem specialem : sed id ipsum tamen in aliis contractibus ob specialem eorum rationem licitum esse posse non negavit D. Th. & revera id ita licitum esse posse res est ex dictis manifesta.

Dicent forte. Ergo si

mutuans vellet mutuando i. Diffi-
 cultas. .
 non promittere tacite vel
 expresse , ut dixi ; & simul
 non haberet animum libera-
 lem ad concedendam rem
 suam , gratis vtendam ; pos-
 set præstare mutuum ex quo
 liceret ei referre aliquid su-
 pra sortem ; liceret , inquiet ,
 id illi ea hypothesi , quate-
 nus ea hypothesi non se
 obligaret . At si sic esset ;
 consequenter non ex natura
 mutui , sed ex voluntate mu-
 tuantis penderet quod non
 liceat ex mutuo fructum re-
 ferre . Ergo (ut hinc præ-
 terea sequitur) quod fructus
 ex mutuo sit usurarius , vel
 non sit , penderet à mutuan-
 tis arbitrio . **Quod repugnat**

75
 y Obiic.
 quod ita
 dicendo
 id pende-
 ret à vo-
 luntate
 mutuan-
 tis.

288 DE VSV LICITO

^{s. Diff.} sensui omnium. Igitur ad al-
tiorem causam aliam est re-
currendum , quæ mutuan-
tem obliget ex natura rei ad
nihil ex mutuo sperandum;
vel etiam ad rem suam tra-
dendam sub lege usus gra-
tuiti.

<sup>a Resp. id
esse falsū,
sicut in
voti obli-
gatione.</sup> Sed ^z Respondeo primam
consequentiam repugnare
in terminis clare , quemad-
modum repugnat ista ei si-
milis de voto , quod cœpi
commemorare : si nimirum
quis posito hoc anteceden-
te , obligatio voti provenit
ex actu liberali, quo vovens
promittit Deo , se quippiam
facturum in eius gloriam ;
concluderet, sic, ergo si vo-
vens vellet vovendo non
promittere

promittere tacite vel expre-
ſe , ac simul animum habe-
ret ad non ſe obligandum ,
&c. poſſet ea hypothefi fa-
cere votum , quo non tene-
retur Deo reddere id quod
vovifſet : vtque catenus non
ex natura voti , ſed ex vo-
ventis arbitrio pederet quod
ipſe vovens facto voto red-
dere teneatur vel non tenea-
tur ; & quod infractio voti
ſacrilega fit vel non ſacrile-
ga. Eſt , inquam , ea confe-
quentia , &c. ſimilis iſti ; &
pari modo implicantiam im-
portat ſuis terminis.

Ratio ^a autem cur iſta ſic
implicet , eſt quia votum ex
propria intrinſeca natura ſua
eſt promiſſio facta Deo , &

B b

ⁱ Diſ-
cultas.

^a Expre-
nitur me-
nici & ve-
ti ad pre-
poſitum
compara-
tio.

290 DE VSV LICITO

Diffi.
cultas.

quidem, ut dixi, liberalis,
&c. Promissio vero si est
promissio infert jure naturali
debitum præstandi id quod
promissum est, & modo quo
promissum: adeoque impli-
cat in terminis qui supponit
esse votum quod non obli-
get. At simili modo mu-
tuum ex propria mutui na-
tura dicit mutuantis ani-
mum liberalem & volunta-
tem tradendi rem suam uten-
dam gratis (eo vel maximè,
quo ex D. Thomæ doctrina,
supra num. 29, dare mutuum
non semper tenetur homo,
&c.) & cum dico voluntate-
tem, intelligo voluntatem
efficacem, nam inefficax in
moralibus non censetur vo-

luntas, sed ad summum vel-
leitas: voluntas autem vera
efficax in proposito casu,
vel se sola, prout vere est
efficax, importat certitudi-
nem & vim tacitæ promis-
sionis, vel etiam adjungit si-
bi promissionem expressam.
Promissio vero sive hæc, si-
ve illa, præsertim acceptata
(prout scilicet à mutuata-
rio tacite vel expresse accep-
tatur) debitum in promit-
tente importat iure naturali,
præstandi fideliter id quod
promisit & modo quo pro-
misit. Nempe in mutuante
importat jure, ut dixi, na-
turali debitum nihil speran-
di ex mutuo. ^b Pendet qui-
dem à voventis voluntate

^b Quoniam
modo mutu-
tui & no-
ti vis p̄t

B b ij

292 DE VS V LICITO

^{1.} Diff.
euitas.

^{deat &}
^{non pen.}
^{deat à vo}
^{tunstare ?}

quod votum faciat vel non faciat; sed facto voto, non ab eius volūtate jam vltterius pendet, quod ipse sit ad redendum obligatus vel non. Et similiter à mutuantis voluntate pendet quod rem suam tradat vtendam gratis; sed posita ea voluntate, ac præsertim acceptata, non amplius à voluntate pender, quod inde aliquid sperare liceat vel non liceat. Ergo, quia sic habemus ex propria præcisa natura tum ipsius mutui, tum actus mutuandi, naturale debitum ad nihil sperandum ex imutuo; superflua est, & nullo modo requisita ad hoc debitum fundandum conditio illa seu

suppositio translati , ut dici-
tur , in mutuo dominii ;
quasi semper & omni hypo-
thesi liceat ē converso de re
sua sperare aliquid. Et sic
patet solutio tertiae rationis
pro i difficultate.

ⁱ Diffi-
cultas,

Hæc porro , ^c quæ in ea ^{c Ad}
solvenda ratione sic deduxi ,
proderunt , ut puto , non
minime , ut intelligatur non
prorsus immerito dicta à me
fuisse ea quæ in superioribus
dixi (etsi non multum ea
curem , nec magnam in eis
vim fac iam ; cum sit non tam
de re quam de nomine quæ-
stio) hinc circa dominium
in mutuo non translatum ,
hinc circa fundamentum de-
biti , quod est nihil sperandi


^{quid pre-}
^{cedentia}
^{pro sint &}

^{x Diffi-}
^{cultas.} ex mutuo : adde & vel ma-
xime id quod ad 5 rationem
dicebam num. 66, videlicet
non obesse mihi vel prodef-
se ad Commissionis contra-
ctum , quem hactenus de-
fendi ; sive dominium in
mutuo transferatur , sive
non transferatur , eo quod
in eo commissionis contra-
ctu nullus (ut saepe conte-
status sum) locus mutuo est.

^{a Quo tñ}
^{relo mu-}
^{tuarius}
^{tenetur}
^{suo peri-}
^{culo ser-}
^{vare ac}
^{reddere}
^{id quod}
^{mutuo ac-}
^{cepit?}

Respondeo. ^d 5 ad 4 sicut
mutuans vi solius efficacis
liberalis voluntatis , addita
etiam promissione , & abs-
que dimissione dominii te-
netur nihil sperare ex mu-
tuo supra sortem : ita mutua-
tarius absque dominii acqui-
sitione , vi solius fidelitatis,

quam expresse vel tacite
(nisi summe sit ingratus) promittit; poterit sufficien-
ter ex justitia obstringi ad rem titulo mutui accep-
tam tum custodiendam suo periculo, tum restituendam integre tempore condicto, etiam si illa perierit absque sua culpa: quod non ita est in rebus acceptis titulo con-
ductionis, propter datum conductionis pretium.



² Diff.
cultas.



SECUNDA DIFFICULTAS.

*De mutuo & commodato in-
discriminatim usurpatis ad
res tum usu consumptibi-
les, tum non consumptibi-
les usu: & de Christi ver-
bis mutuum date, &c.*

76

^e Occasio
obiicien-
ti.

Displicuit ^e etiam haud
mediocriter , quod
ego , præsertim à num. 47,
voleus probare , verba illa
Christi Luc. 6 mutuum da-
te , nihil inde sperantes si-
mul quo ad utramque partem
sumpta , & intellecta seu de-

pecunia , seu de aliis usu
 consumptibilibus , non ma-
 gis importare vim præcepti,
 quam intellecta de non con-
 sumptibilibus; eo quod si di-
 xisset Christus , mutuam ,
 v. g. date vineam ad colli-
 gendos fructus , nihil inde
 sperantes , & similia , con-
 suluisset non vero præcepis-
 set , ut est omnium sensus:
 pari modo non censendus
 esset præcipere , etiam si
 dixisset mutuam date pecu-
 niā. ^f Arguebant enim è
 contra ; verba illa Christi
 merito intelligenda esse só-
 lum de pecunia , & aliis usu
 consumptibilibus : primo
 quia hæc tantum dicuntur
 mutuari: Atque adeo non

^f Tripli-
 ci ratione
 firmatur
 objectio.

Diff. posse ea verba intelligi de
cultas. vinea , de agro , de domo,
de bove , &c. quia hæc ut
pote non usu consumptibili-
lia , dicuntur ad discrimen
(usu loquendi apud omnes
receptissimo) non certe mu-
tuari , sed commodari : se-
cundo quia harum rerum
quæ commodantur , domi-
nium proprietatis manet
semper penes commodan-
tem , non sic vero ma-
net pecuniae mutuantæ do-
minium penes mutuantem:
vnde cum locari possint
ea quæ non consumun-
tur usu , propterea merito
Christus , dum non cense-
tur voluisse prohibere loca-
tionem eorum , quæ locari

possunt, minime intelligendus est iussisse, commoda bovem, domum, &c. nihil inde sperantes: sed solum intelligendus est iussisse, *mutuam date pecuniam*, quæ locari non potest, eo quod usu consumitur; & cuius ob idipsum non manet in mutuante dominium. Tertio quia cum, ut aiebant, non aliter ego probauerim verba illa Christi de pecunia & similibus esse solum ad consilium, non vero ad præceptum; quam per eas amphibologias, quibus nomina hæc duo *mutuum*, & *commodatum* eorumque proprietates confudi: sequitur à me nihil quoad hoc suif-



300 DE VSV LICITO

^{a. Diffi-} se probatum ; & ita supe-
^{cultas.} resse ut in eis Christi ver-
 bis revera præceptum con-
 tineatur.

77 Resp. ad i^g haud equi-
^g ^{ad i^{ra.}} dem latuisse me quod apud
^{tionē,} & autores passim distinctio illa
^{in contrac-} sit in usu , quæ hic obiicitur
^{riuum af.} fertur inter voces *mutuum* & *com-
 modatum*, & similes , ut mu-
 tuare, commodare , &c. sed
 non existimasse necessita-
 tem absolutam esse ut in ri-
 gore distinctioni illi me af-
 tringerem , tum quia in hoc
 (ut & in alio de quo dice-
 bam num. 75 sub literula)
 est quæstio nonnulla de no-
 mine , vt videri potest , po-
 tius quam de re : tum quia
 in scriptura sacra (ex qua
 potissimum

potissimum in rebus istis modos loquendi sumere decet) usurpantur indiscriminatim hæ voces absque tali distinctione. Ut enim in hanc rem loca promam aliqua , sic habetur expresse Deuteron. 15, *nolens ei quod postulat mutuum commodare*: vbi clare *mutuum ipsum* dicitur *commodatum*, adeoque hæ voces indiscriminatim usurpantur, altera pro altera, velut synonymæ. Exodi 22, qui à proximo suo quippiam horum (nempe asinum, bovem , ovem , & omne jumentum , quæ paulo ante commemoraverat) *mutuo postulaverit* ; vbi *mutuum* dicitur de rebus non usu con-

302 DE VSV LICITO

3. Diff.
cultas.

sumptilibus, oue, bove,
&c. mihi vero fas est cum
scriptura sacra loqui, ut &
sentire. Deuteronom. 23,
fratri autem tuo absque usura
id quo indiget (nimirum
pecuniam, fruges & quam-
libet aliam rem, ut imme-
diate ante dixit) commoda-
bis ; vbi denuo de rebus usu
consumptilibus, ipsaque
pecunia dicitur commoda-
tum. Et Lucæ II. Amice
commoda mihi tres panes;
vbi cum certum sit panes de
genere esse rerum vsu con-
sumptibilium, de his tamen
dicitur commodare. Quid er-
go nunc vetat, ne post scrip-
turam sacram, ego explicans
verba Christi mutuum date,

&c. mutui vocem ego tri-
buam , & agro & domui &
vineæ ac similibus; ut meum
inde argumentum conficiam
ad propositum ? & in quæ-
stione , quæ , ut dicebam,
tota fere de nomine est ,
quid juvat hominem lacef-
cere , qui in iis usurpandis
nominibus cohæret , con-
sentitque modo loquendi
scripturæ sacræ : præsertim
cum ipsum Christi verbum
quod est *mutuum date* , pos-
sit quantum de se est , non
minus , quam alia similia re-
lata (nisi obstat autoritas
aliqua infallibilis , ' qualem
circa hoc nondum vidi vl-
lam , ad res etiam usu non
consumptibiles , ut & ad pe-

³ Diff.
cultas.

^{3.} Diff.
cultas.

304 DE VSV LICITO
cuniam, &c. referri, prout
ex dicendis ad 2 intellige-
tur, ut puto multo magis.

78

^h Resp. ad
2 rat.
^{Quid}
^{Christus}
^{intende-}
^{rit dicens}
^{mutuum}
^{date?}

Christi mutuum date nihil
inde sperantes, à me sic ex-
tenſa fuiffe ad ea quorum
censetur manere dominium,
perinde atque ad ea, quo-
rum censetur transferri, quia
præter dicta superius de non
translato per mutuum do-
minio, haud quaquam exi-
stimavi (nec putavi debere
ab aliis existimari) Christum
dominum in eo Christianæ
tum charitatis, tū liberalita-
tis & misericordiæ insinuan-
do & commendando con-
filio fuiffe præcipue sollici-
tum; ut quantuin ad fratrem

v. g. indigentem spectat ,
procuraret ei ex me transla-
tionem dominii proprietatis
in rem , quæ illi futura est
vtilis : & non potius procu-
raret gratuitam liberalem
eiusdem rei concessionem
ad liberum usum , siue illa
foret in genere pecuniæ ,
siue in equo , & bove , aut
in agro , & vinea , &c. Aut ,
quod ad me spectat , bene-
ficientiam doceret , & suade-
ret prout colendam à me
translatione dominii potius ,
quam ipsius rei concessione
gratuita. Nunquid de bobus
cura est Deo ? Et à pari nun-
quid in suadenda virtute be-
neficiæ , cura Deo est
ut id præcipue suadeat quod

3. Diffi-
cultas.

minus, quin & minime per-
tinet hinc ad sublevandam
fratris indigentiam, hinc ad
laudem virtutis? Quis vero
dubitet, quin ad beneficen-
tiæ laudem spectet gratuita
& liberalis à me instituta in
proximum translatio com-
modi omnis, quod alioqui
poteram ego è re mea libere
captare; potius quam trans-
latio dominii, quod mihi in
eam est? Nam non minor
ex me, cæteris paribus, be-
neficiencia est, concessa gra-
tis equo meo ad iter agen-
dum, aut boue meo ad aran-
dum, &c. in quibus domi-
nium non dimitto; quam
concessa pecunia, cuius di-
cor dimittere proprietatis

dominium , ex quo præcise spectato nulla mihi est utilitas, nullum commodum , ut eius dimissio in concessione pecuniæ , putetur esse mihi magis ad virtutem; quā non dimissio in equo aut bove , &c. concedendis. Et aliunde proximo egenti haud dubie prodest multo magis translatum cōmodum, translata utilitas , &c. quæ sunt ex equo , bove , pecunia , &c. quam translatum proprietatis dominium : imo istius præcise translatio inutilis illi penitus est ; quia sicut ex equo , & bove , &c. totam , quæ ex illis est, utilitatem captat absque dominio proprietatis cum solo

3. Diffic.
cultas.

308 DE VS V LICITO

^{3. Diff.} usus dominio , ita & capta-
^{sultas.} bit ex pecunia (ut dictum
 est à num. 67) liberaliter
 ad vtendum concessa cum
 pleno vtendi iure : quatenus
 translatum proprietatis do-
 minium nullius per se solum
 subsidii est . Dimissio itaque
 dominii huius neque virtu-
 tis augeret meritum in mu-
 tuante , neque sublevandæ
 in mutuatario indigentiae
 serviret .

⁷⁹
^{i Christus}
^{minime}
^{restrinxit}
^{illud mu-}
^{tuum ad}
^{sola usu}
^{consumpt.} Christus ergo (ut ex his
 concludam) qui suo consi-
 lio in his verbis *mutuum da-*
te , &c. id sine dubio præ-
 cipue attendit , quod hinc
 præcipuum est in virtute be-
 neficentiæ , quam docet ;
 hinc utlius proximo ; cen-

sendus est (ut mihi quidem ³ Diffi-
videtur certissimum) intel-
lexisse. *mutuum* illud non
modo prout restringitur ad
ea , quæ usu consumuntur
gratis & liberaliter ex moti-
vo charitatis , atque miseri-
cordiæ concedenda ; sed pe-
rinde prout extenditur in
ratione beneficentiæ ad ea
etiam ita concedenda quæ
supersunt post usum . Nec
ideo tamen (ut illi timent)
censendus erit prohibere lo-
cationem eorum , quæ lo-
cari possunt ; sed solum cen-
sendus est per modum con-
siliī suadere eorundem sine
locatione concessionem li-
beralem ad usum gratuitum ;
sicuti solummodo per viam

310 DE VS V LICITO
3. Diffi-
cultas. consilii suadet quoad pecu-
niam sive sumptam absolu-
te, sive sumptam quoad illos
eius usus , secundum quos
locari ea potest , ut magis
intelligetur ex dicendis à
num. 81.

Idipsum porro clarius in-
telligitur si sensus eorum
verborum Christi attentius
perpendatur. Est vero iste
ut puto sensus germanus,
quasi diceret Christus do-
cens charitatis puræ virtu-
tem in beneficiis liberaliter
præstandis proximo , rem
vestram quaincunque &
qualemcunque sic liberali-
ter tribuite vtendam, ut om-
nino gratis vtendam tribua-
tis , adeoque nullam inde

postuletis ac nequidem spe-
retis retributionem vltra, seu
præter eandem ipsam rem
quam sic vtendam tribueri-
tis. Id enim, ut puto, for-
malissime idem est ac, *mu-*
tuum date nihil inde speran-
tes. Nimirum sumendo *mu-*
tuum in ea latitudine qua
juxta scripturæ phrasim ex-
dictis amplectitur simul ip-
sum *Commodatum.*

80

Resp. ad 3, hoc est ad con-
sequentiā, & dico eam
esse negandam.¹ Primo quia
supponit falsum, nempe sup-
ponit non fuisse à me pro-
batum id quod proposue-
ram; nisi per eas quas vo-
cant *amphibologias*; quasi
amphibologiæ sint proprij

³ Diffi-
cultas.

^{Ad 3}
rat. resp.
falsum in
ea suppo-
ni.

3. Diffi-
gultas

loquendi modi sumpti ex
scriptura sacra. Quod autem
hac ex parte falsum ea con-
sequentia supponat : pater,
quia neque defuit ad hoc
mihi autoritas D. Thomæ;
neque defuerunt rationes
aliæ , quibus ad instantiam
à num. 45, probavi Christi
verba illa quoad primam par-
tem solam , quæ est *mutuum
date* , non continere nisi
consilium ; quamuis quoad
posteriorem , quæ est *nihil
inde sperantes* contineant

m *Et quia* præceptum. Et addo ^m ne-
Christi *verbū* gandam secundo esse ean-
mutuum date, &c. dem consequentiam , quia
potest ac debet ex idipsum propositum hac
eiusmen- etiamratione quam hactenus
ge sic ex- sendi. defendi , probatum abunde
foret,

foret , quamvis ea fuisset ² Dif-
culta. sola ; jam enim ex dictis
constat sufficienter verbum
Christi , quod est , *mutuum
date* , posse optime iuxta
phrasim scripturæ num. 77,
expositam (nisi obster au-
toritas , ut ibi dicebam , ali-
qua infallibilis , qualem cir-
ca hoc nondum ego vidi ul-
lam) extendi ad ea quæ usu
non consumuntur , perinde
atque ad pecuniam , &c.
Imo sic extendi debere sat
constat ex dictis num. 78,
de sensu & motivo Christi ,
quod est docere ac suadere
beneficiæ , charitatis , &
misericordiæ virtutes erga
proximum , & in bonum
proximi : quod quidem mo-

D d

2. Diffi-
cultas.

tivum , sicuti beneficentia ipsa non minorem , seu non minoris momenti materiam habet in his , quæ post usum supersunt , quam in his , quæ ⁿ Et hoc facile ostenditur ex casu proposito bovis , &c. usu ipso consumuntur . ⁿ Præsertim , quia ex natura rei , omniumque judicio prudenterum , casu quo proximus indigeat bove meo ad arandum , quo ego nunc ex hypothesi non egeo : non minus ex charitate habeo debitum concedendi gratis illi bovem , quam concedendi gratis pecuniam , qua sibi ille bovem alium locatione aut emptione compareret . Quis enim oppositum censeat esse potius verum ? Ergo si ex verbo Christi , mutuum

date, velut continente re-
vera præcepti vim rigidio-
ris, est mihi debitum, quo
in conscientia tenear mu-
tuare pecuniam indigenti ad
bovem, ut dixi, comparan-
dum, est etiam æque debi-
tum immediate *commodan-*
di ei (absque circuitu am-
phibologico illo) bovem
meum: & è contra, si de-
bitum non est, nec præcep-
tum quoad bovem imme-
diate; non est etiam quod
pecuniam (quod quidem est
evidens, mihi saltem) & sic
de alijs. Ergo non per am-
phibologias ego, ut aiebant,
sed optimo ratiocinio proba-
veram Christi verba illa non

² Diffi-
cultas.

D d ij

316 DE VSU LICITO
continere præceptum quoad pecuniam , cum ex omnium sensu non contineant quoad bovem . Igitur secunda hæc difficultas carvit rationabili fundamento . ° Imo (quod non abs re sæpius commemo-
o Hec dif-
ficultas ni-
hil facit
ad propo-
sitū quid-
quid si
de mutuo
& com-
modato.
rare) quamuis forte haberet illa maxime rationabile fundatum ; nihil tamen propterea efficeret adversus contractum , quem defendo velut licitum in usu pecuniae , quatenus ea non nisi de mutui & commodati conditionibus instituitur , cum ego mutui (& perinde commodati) rationem , ut semper dixi , penitus arceam ab eo contractu qui non mu-

tui vel commodati est, sed ³ Diff.
commissionis. cultas;



TERTIA DIFFICVLTAS.

*De comparatione pecuniae sim-
pliciter, cum ea quæ vel
conceditur ad ostentatio-
nem, vel ponitur loco pig-
noris.*

81

DIixerunt p aliqui non p Occasio
bene quadrare com- huies ob-
parationem (à me institu- ject.) eius quod
tam num. 20) est, pecuniae ad ostentatio-
nem, aut ad ponendum loco
pignoris traditæ vsum licite

D d iij

^{3 Diffi-}
^{cultas.} posse vendi (quod est D.
Thomæ ibi citati) et eius
quod est fructum simpliciter
ex pecunia referre. Difficul-

^{4 Eiusf-}
^{que rato.} tatis autem circa eam com-
parisonem ratio fuit ex eo
quod pecunia , quæ traditur
ad ostentationem , aut ad
ponendum loco pignoris ,
non consumitur eo usu , sed
perstat integra quoad sub-
stantiam , & manet eatenus
sub dominio tradentis ; at-
que ut sic ab eo est locata ,
non vero mutuata , prout
ego videor ibi sum pisisse :
quamuis autem non liceat
rei mutuatæ usum vendere ;
vendere tamen licet usum
locatæ . Ergo est eatenus in
proposito disparitas ; & mea

minime idonea est consequentia vi eius comparationis ducta ab ista pecunia ad illam.

³ Diffic.
cultas.

Resp. I, ^r putant isti , ut reor , pecuniam simpliciter ex qua ego fructum referri posse dico , tradi à me gratis

^r Resili-
^{tur quia}
^{falsum}
^{tribuit}
^{mihi sen-}
^{sum.}

& mutuo , esseque mihi debitum sic tradendi : cum tamen is qui pecuniam loco pignoris ponendam , aut ad ostentationem concedit , non teneatur concedere titulo mutui , neque de facto tradat gratis. Verum(ut hoc pace dicam) aberrant illi quoad primum toto cœlo à mea mente : neque enim intentio mihi fuit unquam , ut vel pecuniam gratis & mu-

D d iii

320 DE VSU LICITO
tuo traditam comparem cum
illis alijs ; vel proposuerim
licitum esse ut ex pecunia
mutuata fructus referatur,
sed institi semper in contra-
rium. <sup>• Compa-
rationis</sup> Imo vero solum vo-
^{mea ve-} lui (estque in hoc optima
^{rus sen-} comparatio , & omnimoda
paritas) ut quemadmodum
ex pecunia , quæ ad ostend-
ationem , aut ad ponendum
loco pignoris tradita est ; ac
simul (quod licet non ex-
presserit , intellectuisse tamen
censendus est D. Thomás)
non gratis vel mutuo data,
licitus est fructus ; ita licitus
quoque sit , dum est ex pe-
cunia (juxta ipsius D. Tho-
mæ doctrinam) commissa,
prout ego dicebam ad nego-

tiandum in meam vtilita-
tem: quia perinde tunc da-
ta est à me pecunia tum non
gratis, tum absque ratione
vlla mutui. Ergo quoad hæc
nullum est huius 3 difficultatis
fundamentum ratio-
nabile.

82

*Eiusdē
compara-
tionis vis
contra do-
minium
in mutuo
translatū.*

Resp. 2, ut aliquid hac
etiam occasione de non
translato per mutuum domi-
nio breviter addam iis, quæ
fusius dixi ad 1 diffic. in pri-
mis pecunia ipsa mutuata
non minus quoad sui sub-
stantiam physice in usu &
post usum durat in manu ali-
cujus; quam ea duret, quæ
concessa dicitur ad ostenta-
tionem, aut ad ponendum
loco pignoris. Deinde pe-

3. Diff.
cultas.

cunia ista , nimis in ita con-
cessa , non minus (modo
nempe suo morali) consu-
mitur ipso usu concedendi ;
quatenus per eum usum non
minus ponitur extra pote-
statem concedentis , pro eo
toto tempore , pro quo con-
ceditur ; quam consumatur
usu mutuandi pecunia mu-
tuata ; quatenus ipsa non
magis ponitur extra potesta-
tem mutuantis pro eo tem-
pore , pro quo mutuata est .
Ergo (quod hinc sequitur)
concedens ille pariter atque
iste mutuans , dicendus esset
amittere proprietatis domi-
nium , si valeret ea ratio , quæ
est dominii propter pecu-
niam ipso usu , et si non phy-

fice , moraliter tamen , con-
sumptam amissi atque trans-
lati : & ita vel neuter posset
vsum suæ pecuniæ vendere ;
vel perinde posset vterque ,
si non alia impediret ratio .
Quod quidem addo , non
quod velim à mutuante pos-
se vendi pecuniæ mutuatæ
vsum ; absit : sed quia ne id
mutuanti liceat , obstat spe-
cialis ratio , quam exposui
num. 73 & 74. Vnde ul-
terius infero , quod si specialis
ista ratio secluderetur , non
esset vlla disparitas ; & vale-
ret comparatio etiam in sen-
su , quem impugnant adver-
sarij , & falso putant esse
nunc meum. Quia ergo in
primis res omnino certa est

³ Diff.
cuitas.

3^o Diffi non posse licite vendi usum
cultas. pecuniæ mutuatæ ; sicuti ex
opposito certum est posse
vendi usum concessæ ad-
ostentationem, &c. ac dein-
de quia nemo est qui putet
istius ita concessæ domi-
nium dimitti à concedente :
dicendum est primo non ma-
gis à mutuante dimitti do-
minium , quam ab isto ita
concedente dimittatur : se-
cundo dicendum est , etiam
si à mutuante dimitteretur
dominium non inde tamen,
sed ob rationem à me ex-
positam specialem illam, fie-
ri ut mutuanti nullatenus li-
ceat usum rei mutuatæ ven-
dere. Atque ita non modo
satisfactum est difficultati
huic

huic 3, eiusque rationi; sed etiam ex ea non nihil derivatum in meum commodum.

⁴ Diffic.
cultas.

QVARTA : DIFFICULTAS.

De fructu ex pecunia ducto à campsole; & de fructu ducto ex alia quavis pecunia: nec non de limitatione ad hanc doctrinam afferenda.

Conquesti sunt etiā alii qui tum ob eam consequiam, quam ego num. 24^a duxi à fructu ex pecunia licito in campsole ad

83
^a Obies
otio circa
conseq.

Ec

⁴ Diffi-
cultas.

*ductam à
campore,
&c. de-
plex.*

alium, &c. tum ob non satis
limitatam meam doctrinam.
Aiebantque primo conse-
quentiam huiusmodi nimis
late patere ; quatenus ego,
cum velim referri licite pos-
se fructum ex pecunia tradi-
ta prope , non secus ac ex
pecunia procul tradenda ;
videor simul velle ut ubi
nullus est labor , sit fructus
licitus perinde ac ubi mul-
tum est laboris , plurimum-
que industriæ. Secundo ad-
debant nimis late vagari id
quod videor dixisse fructum
esse licitum ex omni re , ac in
omni casu , quibus non im-
miscetur mutui ratio ; idque
non suisse à me satis restri-
ctum.

Resp. ad i^x quoad id ^y Diff.
quod est de pecunia hinc cultas.
tradita prope, hinc pro-
cul tradenda; & dico il-
lud cum circumstantiis à me
appositis non modo perinde
& æque licere, ac licet istud;
sed etiam à fortiori, & mul-
to magis. Dixi enim expre-
sse num. 34, prium illud
non licere sumendo fructum
anticipato: cum tamen im-
pune, seu nemine reprehen-
dente, campsor passim su-
mat fructum anticipato.

Resp. ^y etiam quoad id <sup>y Item
aliud.</sup>
quod est, vbi nullus est la-
bor, &c. & dico. Sicut la-
boris aut industriæ magnitu-
do, quantacunque illa foret,
non elueret usuræ labem in

E e ij

328 DE VSU LICITO

^{1.} Diff. cultas. fructu, qui referretur ex mutuo ui mutui ; pari modo, negotiandi facilitas quantum muis labore vacans , & industria , non inducet usuræ noxiam honesto moderato fructui provenienti ex pecunia nullatenus mutuo data, sed solum ut saepius dixi, commissa ad negotiandum.

^{2.} Resp. ad 2. in quo duæ sunt partes : & ad primam dico non latiorem huic positioni campum à me tribui , quam à D. Thoma tributatur dicente sic (prout retulit num. 54) ex his apparet quod in solo actu mutui, circa commutationem rerum , primo & perse inest ratio usuræ , secundum quod à doctori-

4 Diffi-
cultas.

bus proprie accipitur, ut super-
abundantia ex usu rerum con-
demnabilis. ^a At ex his clara
res est, quod secundum D.
Th. fructus non est primo
& per se usurarius, nisi sit
ex mutuo vi mutui: Cum
autem sit certissime licitus,
vbi non est usurarius; quæ
ratio est, ut obtrudatur mi-
hi propositionem à me pos-
tam exporrigi nimium, at-
que à me limitandam fuisse,
quam D. Thomas non ref-
trinxit, adeoque censuit non
restringendam? Addo ta-
men, ^b ut parti etiam secun-
dæ satisfaciam; & dico sic
ad mentem D. Thomæ ver-
bis modo relatis expressam.
Quamuis primo & per se ra-

^a In solo
actu mu-
tui est per
se usuraria.^b In aliis
potest esse
per acci-
dens.

330 DE VS V LICITO
tio usuræ non insit nisi in
actu mutui ; per accidens
tamen inesse potest in aliis
actibus , quibus non modo
ex pecunia , sed etiam ex
aliis quibuslibet rebus fru-
ctus exigitur excedens mo-
deramina inculpatæ nego-
tiationis , qualia præscribit
vel receptissima consuetu-
do , vel principis aut repu-
blicæ lex , vel recta ratio.
At facile fuit , ut quilibet
statim agnosceret hæc à me
fatis commemorata , atque
insinuata fuisse num. 15 , sub
literula,n , adde & num. 64.
Non fuit ergo , ut videtur,
sat idonea ratio , quod quis
reprehenderet velut à me
prætermissem id quod abun-

de præstiteram.

Nihilominus ^c ut eidem isti 2 parti magis in particuli satisfaciam ; dico, dissertatione hac tota de usu licto, &c. nunquam id mihi fuisse propositi, ut (quemadmodum animadverto suspicatos esse aliquos) vellem omni casu licitum esse lucrum ex usu pecunia, dummodo nulla intercedat ratio mutui : aut etiam ut vellem committenti licere non modo ut fructum ex pecunia commissa referat, sed etiam ut habeat semper capitale sibi certum vi contratus nudæ commissionis ; ita, inquam, nudæ ut in ea committens præcise reti-

⁴ Diffi-
cultas.

^c Non
suis mens
autoris ut
diceret lu-
crum &
capitale
haberi si-
mul posse
licite vi
nudæ co-
missionis.

E e iiiij

332 DE VSV LICITO

4 Diff.
entias.

neat hinc dominium commissæ pecuniæ, hinc simul periculum, quibus duabus conditionibus D. Thomas docet commissionem esse licitam. Non, inquam, id propositi mihi fuit ullatenus.

*d Id nam
que mini-
me im-
portant
condicio-
nes com-
miss.*

Quia ^d quoad primum quidem fieri per accidens potest, ut casu aliquo usurarium sit lucrum, quantumvis alioqui non ex mutuo, sed alio contractu, v. g. si non moderatum sit, sed eccedens &c. ut paulo ante dicebam. Quoad secundum vero, quia quamvis duobus illis præcise spectatis, quæ sunt ut dixi, retinere commissæ pecuniæ hinc dominium inde periculum; liceat vi con-

tractus exigere lucrum, lo-
quendo per se, quatenus in
eum finem instituta est com-
missio non tamen ex his
duobus, & præcise vi illo-
rum committens habet ca-
pitale sibi sic certum, ut il-
lud à ministro licite possit
repetere casu quo fortuito
pereat.

⁴ diff.
cultas.

86

Imo è contra; ^e quia id
manifeste repugnat secundæ
illi conditioni quæ est reti-
nere super se periculum.
Quatenus videlicet retinere
super se periculum capitalis,
idem est ac exponere tali
modo capitale, ut si pereat,
pereat committenti, ut pote
domino; non autem pereat
ministro, ut pote qui non eius

^e Imo id
repugnat.
2 condic-
tioni.

dominium habet ; & , ex hypothesi , non est in culpa amissionis eius. At vero sic exponere capitale (ut si certa iatrinscēa necessaria commissionis conditio) & velle tamen ita sibi certum esse capitale , ut si pereat non sibi pereat , sed possit repeti ; tum repugnat dictae conditioni , tum est per se injustum. Siquidem vi contrāctus dictae commissionis , minister nec jure naturae obstrictus est , nec propria voluntate se obstrinxit ad tantum onus , quantum est servare suo periculo capitale , ipsumque restituere , etiamsi absque culpa sua pereat. Si enim ad hoc iste

vel obstrictus est ex natura
rei, vel se obstrinxit volens;
hoc est, si periculum hujus-
modi super se sumpsit; con-
sequenter falsum hoc ipso
est retineri periculum à
committente. At si non in se
periculum retinet committ-
tens; non est justus & lici-
tus commissionis contractus.
Igitur, &c. non ergo sola
nuda, ut dixi, commissio ef-
ficere potest certitudinem
capitalis cum fructu repe-
tendi; nec mihi usquam, ut
etiam dixi, propositum fuit,
ut id quoniam docunque dice-
rem.

Sed vero ut certum fiat
committenti suum capitale
simul cum fructu, dixi eius-

4 Diffi-
cultas.

87

*F Sed ut
sit saluō
capitale
addenda
est affectus
ratio, eius
que pre-
sum.*

336 DE VS V LICITO

4. Diffi-
cultas.

dem capitalis assecuratio-
nem sic adiungendam esse
commissioni, ut ministro pro
eius præstanda securitate,
pretium idoneum assignet
committens ; idemque in
eum finem libera voluntate
acceptet minister, suscipiens
etiam bona fide onus præ-
dictum. Hoc namque mo-
do, & hoc posito pacto,
cum obstringat se minister
sub conditione dicti pretij,
hinc bona fide, hinc sponte
ad sibi commissam, & à se
receptam pecuniam suo pe-
riculo seruandam, & exhi-
bendam cum opus fuerit sal-
vam & integrā : nulla ei
sic volenti fit injuria, si sub
conditione dicti assignati, &
acceptati

acceptati pretii , censeatur
committens eximi speciali-
ter ab ea communi lēge ,
qua res dicitur perire domi-
no suo.

4. Diff.
cultas.

88

Neque ^g vero defunt in
hanc rem exempla , in qui-
bus conventionum isti jam
propositæ similium æquitas
agnoscitur , & omnium ju-
dicio approbatur. Vsus nam-
que frequentissimus est , qua-
lem nemo improbat , ut si
ex una parte Ioannes ob
tempestatem in mari , vel pi-
ratas , vel periculum aliud
simile , metuit ne pereat na-
vis cum suis mercibus : & ex
altera parte Petrus offerat se
Ioanni securitatem navis &
mercium , suo præstaturus

g Exem-
plum asse-
curatio-
nis ex pre-
tio.

F f

338 DE VSV LICITO
periculo , sub conditione
pretij convenientis pro data
securitate sibi tribuendi .
Contractus iste censetur ni-
hil continere contra justi-
tiam ; quia periculum æqua-
le subit utraque pars hinc lu-
crandi , hinc perdendi : pro
Petro namque lucrum in in-
certo est , ac similiter dam-
num : lucrum quidem ei erit
ex recipiendo pretio secu-
ritatis , casu , quo navis non
perierit ; damnum autem erit
casu quo perierit navis . Ac
è contra pro Ioanne sic cer-
tum est non ipsi peritum
navim , &c. si perierit ; ut
posito , quod non perierit ,
certum etiam sit futurum ei
damnu ex pretio securitatis

nihilominus dando. Autores ⁴ Diffic.
non cito , qui passim occur-
rent ; estque doctrina recep-
tissima ; videat tamen qui
voluerit Bonac. de contra-
ctibus disp. 3 quæst. 9,
puncto 3.

89

Aliud ^b etiam exemplum si placet afferam , in can-
dem rem apprime idoneum ,
sumptum à contractu cen-
sus , ut vocant , vitalitij , quo
scilicet , v. g. Ioannes data
sua pecunia emit à Petro jus
accipiendi ab eo non modo ,
ut solet , quatuor exempli
causa pro centum , sed etiam
sex , vel octo , &c. singulis
annis toto vitæ suæ tempo-
re. Censeturque istiusmodi
contractus passim , etiam

^a Aliud
exemplū
ex censu
vitalitie.

F f ij

340 DE VS V LICITO

4. Diffi-
cultas.

Romæ, nihil continere contra justitiam ; eo quod utrinque res est in incerto ; & hinc inde periculum æquale est lucrandi atque perdendi : quatenus ex una quidem parte Ioannes non nisi uno, vel duobus annis forsitan supervicturus est ; & hac hypothesi Petrus post exiguum tempus , & paucis procensu solutis pensis potietur tota pecunia , facietque eam suam : sed ex altera parte fortasse Ioannes idem tot annos vivet , at eatenus Petrus tot vitalitii census pensa soluturus est ; ut in iis totam acceptæ à Joanne pecuniæ summam , & fortassis insuper de suo plurimum consu-

mat. Videatur Bonac. qui ⁴ Diffi-
supra de contract. disput. 3
q. 4 punto vnioco , § 18
cum aliis quos ipse sequitur.

In hoc secundo exem-
plo ! Petrus merito & cum
justitia possidebit eam pecu-
niam ui contractus vitalitii,
etiam si Ioannes primo , vel
secundo anno decedat. At-
que ex opposita ~~Ieannet~~
idem dum erit in vivis , et si
plures longe annos , quam
speraret Petrus , vixerit ; li-
cite ac iuste ui eiusdem con-
tractus pensa recipiet vitali-
tii census in singulos annos
exhibita ; quin & iuste po-
terit eadem exigere. Petrus
vero ipse vicissim tenebitur
ea illi fideliter solvere ; etiam
F f iij

^{Diffl.}
cultas.

si (quod non est impossibile , estque in casu nostro non leviter notandum) summa in totam à Ioanne acceptam amiserit fortuito , etiamque sine sua culpa .

<sup>t. mem
contractus
assur
tionalis na
xis , &c.</sup>

In primo autem exemplo Ioannes merito , & cum justitia repetet à Petro vi contractus assecurationis , pecuniam quæ navi & mercibus æquivaleat , casu quo illæ perierint : sic enim ille tunc ex hypothesi perierunt , ut non Ioanni , quantumvis alioqui domino , perierint , sed Petro , etsi non domino : quia hic sub conditione dicti pretij , pro eis præstítit securitatem . Petrus autem ipse , etiamsi salvæ

sint navis & merces, licite sumet, quin & cum justitia poterit vi eiusdem contractus exigere pretium sibi pro assecuratione pactum, et si de suo nihil realiter, sed solum in spe contulerit Ioanni.

Quidni igitur ^m in nostro negotio committens ui conventionis pro assecuratione factæ, merito & cum justitia repeatat à ministro capitale simulque fructum, etiam si capitale perierit five ex culpa, five absque culpa ipsius ministri? Et poterit plane sic repetere non secus ac Ioannes prioris exempli (num. 90.) jure pretij, ut conventum fuit, pro assecu-

F f iiiij

⁴ Diff. cultas. ratione dati , repetit iuste pecuniam æquivalentem na- vi perditæ , perditisque mer- cibus : & sicut Ioannes alter exempli posterioris , pensa juste repetit vitalitij census , etsi multo plura , quam sol- venda cogitasset Petrus , & quamuis Petrus idem capi- tale fortuito amiserit . Ra-

ⁿ *Et que duplex in eius favorem ratio.* tio autem in particulari quoad nostrum committen- tem est ; primo quia tunc , id est stante ea conventione , capitale non committenti , ut dixi , quamuis domino ; sed ministro perit propter pactam ab eo securitatem : quemadmodum si perit na- vis , perit non domino , sed ei qui sub conditione pretij

pro securitate recipiendi, suscepit in se periculum eius omne. Secundo quia dicta conventio non minus committenti (sub onere solvendi, ut dictum est , pretij) faveat ad ius repetendi capitalis quantumuis & quoquomo-⁴do amissi : quam (sub onere representādi semper saluum capitale) faveat ministro ad ius recipiendi annui pro assecuratione pretii, etiam si fœliciter nullum actu fuerit capitalis amittendi periculum. Item æque ministerium obstringit (sub conditione dicti pretij) tum ad servandum suo periculo capitale , tum ad solvendum annum fructum: ac obstrin-

git committentem ad pre-
tium illud (sub spe capitalis
integri, cum opus fuerit, re-
cipiendi simul cum fructu)
modo explicato præstan-
dum ; et si fœliciter ministro
nullum acciderit periculum
amittendi capitalis. Favet,
inquit, ea conventio pe-
rinde utriusque, ac pariter
obstringit utrumque, servans
omni ex parte justitiam ; er-
ga ministrum quidem hinc
propter spem recipiendi pre-
tij anni pro assecuratione ;
inde etiam ob spem capita-
lis fœliciter persisturi , ac
minime amittendi erga com-
mittentem vero propter cer-
titudinem oneris , quod su-
bit , nempe solvendi quot-

annis pretii pro assecuratio-
ne capitalis.

⁴ Diffi-
cultas.

Dicet quis. ° Commit-
tens hoc modo nullum subit
periculum ; habet namque
omnia sibi certa , & fructum
scilicet & capitale.

^o Obiic.
omnia sic
fore certa
pro com-
mittente.

Resp. 1. ^p Habet ille etiam
è contra sibi certum , ut di-
xi , onus , quod est solven-
di pretii , &c. quod quidem
onus æquiponderat peri-
culo.

^{resp.} Resp.
certum
quoque il-
li esse
onus. &c.

Resp. 2. ^q Nec etiam
in priori exemplo Ioannes
(num. 90) periculum ul-
lum subit ex vi contractus
initi cum Petro ad assecura-
tionem nauis & mercium ;
habetque eatenus omnia si-
bi certa : sed è contra (quod

^{Alia}
^{resp. sump-}
^{ta ex duo}
^{bis exame-}
^{plus su-}
^{pra.}

348. DE VS V LICITO

4. Diffi-
cultas.

æquiponderat) habet cer-
tum sibi onus , quod est sol-
vendi Petro , ut conven-
tum est , assecurationis pre-
tium , sive pereat navis , &c.
sive non pereat. Ergo , quod
hinc sequitur , ad justitiam
contractus assecurationis ,
non est necesse , ut is in cu-
jus favorem est assecuratio ,
aliquod vi contractus peri-
culum subeat (quin imo
propterea quæritur assecu-
ratio , ut non sit periculum)
sufficitque ut subeat onus
periculo æquivalens. Quod
idem cernitur in exemplo
posteriori (codem num.)
quia similiter Ioannes pecu-
niam suam tribuens , nul-
lum subit periculum ; nisi
generale,

generale, quod explicabo, statim num. 93; imo nec subit onus ullum, præter id quod est pecuniam suam tribuendi: cum tamen accidere possit, ut longiorem, quam speraretur vitam vivens, capitale suum & amplius, in fructu annuo pinguiori, sui census recipiat, cum notabili Petri damno. Quare igitur potius ex parte committentis in nostro negotio, periculum aliquod requiratur particulare ad iustitiam causæ eius, & non sufficiat dictum onus; etiam si sorte minister damnum utcunque patiatur? Quamuis & periculum suum vi contractus aliquod subit

350 DE VSV LICITO

^{4 Diffi-} committens (videlicet ge-
^{cultas.} nerale illud , quod Paulo
 ante commemoravi , & num-
 ut dixi , 93 explicabo) si
 necesse omnino est , ut ali-
 quod etiam ipse periculum
 subeat .

^{r. Obiic.} 93 Dicet iterum aliquis . Est
^{esse dif-} discrimen , tum primo quia
^{crimen ex} fieri potest ut minister nul-
^{duplici} lum habeat lucrum ex pecu-
 nia committentis : tum se-
 cundo quia pretium assecu-
 rationis ab eo non accepit
^{felli-} nisi in spe . Respondeo sed
^{pri-} contra primum est , quod fie-
 ri similiter potest , ut Petrus
 ille ex pecunia Ioannis nul-
 lum habeat lucrum ; vel
 etiam ut eam amittat fortuito .
 Igitur in hoc nulla est causa

discriminis. Contra^t secundum est, quod si minister premium assecurationis recuperet in re, ac non tantum in spe, ut num. 17 dicebatur; id sine dubio sufficeret, ut censeretur absolute minister obligatus ad capitale præstandum saluum; sicut ille qui supra ad navim & merces, &c. Atqui spes illa, ut ibidem est, ut puto, satis probatum, æquivalet reali soluto pretio. Igitur, &c. Præterea contra istud secundum est, quod minister quidem suscipiens à commitente pecuniam simul etiam cum ea suscepit sponte periculum istud; neque suscepit gratis, sed cum spe lucrandi

⁴ Diffi-
cultas.

^t Refelli.
tur, 2.

Diffi-
cultas.

352 DE VS V LICITO

plurimum, eaque sic pro-
babili, ut æstimata fuerit
æquivalere huic periculo,
tanquam eius redimendi pre-
mium sufficiens; unde nec
ulla ei sit injuria. Comnit-
^{n Com-}
^{m m tens su}
^{bit peri-}
^{culum g.}
^{nerale.} tens vero quantamcunque.
catitionem adhibeat; reve-
ra tamen generale quoddam
semper subit periculum;
quatenus minister, & simul
quicunque ad securitatem in-
subsidiū ei sunt, possunt
absolute loquendo casibus
variis amittere quidquid fa-
culturatum habent: & sic non
erit, iis decoctis, unde pos-
sit committens fructum vel
capitale sumere. Itud, in-
quam generale (si sic placet
vocari) periculum subit ne-

cessario committens dum ^{4. Diff.}
 suam exponit commissioni
 pecuniam ; & hoc pericu-
 lum est pretio æstimable.
 Sed * periculum particulare
 (prout ipsum ex opposito
 vocare licet) ne teneatur
 subire committens id est , ne
 capitale perdere teneatur ,
 quandiu ministro eiusque
 prædibus facultates erunt ad
 solvendum sufficientes ; emit
 sibi contra illud securitatem
 suæ pecuniæ , assignans mi-
 nistro ad illud redendum
 conveniens pretium , quale
 minister sponte acceptat su-
 mens etenus in se sciens
 ac volens id periculum .
 Non ergo ei fit injuria , quod

* Et reu-
 dimit pe-
 ric. par-
 ticulare

G g iij

354 DE VSU LICITO

* Diff.
cultas.

ad capitale restituendum te-
netur; fieret vero committ-
tenti, si capitale simul cum
ipsius assecurati capital
pretio cogeretur amittere.
Vide inferius num. scilicet
99 aliquid in hanc rem for-
tasse clarius; quia ibi facta
exquisitori contractus huius
analysi demonstrabitur eius
æquitas, & omnimoda iusti-
tiæ in eo debite servata
æqualitas. Vide & num. 94.

94 Denique ex his agnoscent
hi qui num. 83 volebant
propositionem à me re-
stringi; agnoscent, in-
quam, non fuisse cur cense-
rent restringendam, quæ
quodammodo fuit potius

amplianda. Licet enim ^y in
superioribus fortassis non sic
expressè intelligeretur; nunc
tamen expressius intelligi-
tur ministrum, inito assecu-
rationis pacto, cessisse iuri
quod alioqui potuisset ob-
tendere, dicendo periisse ca-
pitale fortuito, non sua cul-
pa; & ideo teneri illum, vi-
dicti pacti, ad capitale resti-
tuendum, quocunque casu
pereat: sic enim ipse voluit
in eo pacto quatenus in eo
propter spem hinc assignati
pro periculo pretij, hinc lu-
cri majoris pro suis operis
& industria sciens & volens
acceptavit periculum omnè
sumere in se. Pactum ^z vero
hujusmodi nullatenus à vera

⁴ Diff.
cultas.

^y Mini-
ster accep-
tans pre-
mium asse-
curatio-
nis pro ca-
pitali ce-
dit iuri
suo, &c.

^z Patium
quo mini-
ster ac-
ceptat

4 Diffi-
 cultas. æqualitate justitiæ recedere
 pres. af. probant rationes allatæ ha-
 sec. &c. ctenus tum ex natura con-
 dit iuri suo &c. tractuū fortis & sponsonis ;
 est justū. tum ab exemplis in contra-
 Etu assecurationis navis , &
 census vitalitii : quibus aliū
 a Exem- possunt addi quotidiani , ut
 plam à lo- locationis ecclesiasticarum
 carione decima- v. g. decumarum ; qua sub
 rum. rationabili pensione , certo
 tamen solvenda , traduntur
 colligendi simulque redi-
 mendi fructus earum incerti
 nempe incerti non modo
 propter casum exundationis
 fluvij , aut grandinis , &c.
 Verum etiam ob anni fortui-
 tam sterilitatem . Quanquam
 enim locator excipiat peri-
 culum grandinis , & simi-

lium casuum ; non tamen ^{4. Difficil.} excipit casum sterilitatis anni. Quin imo sat frequenter nullum excipit , ac ne grandinis quidem , &c. sed tunc pensionem exigit minorem ; quo modo noster etiam committens lucrum ex pecunia sua commissa exigit minus , quam exigeret , si periculum relinqueret non redemptum. Ista certe , quæ sic exposui , videntur mihi nunc sat habere lucis , ut clare ostendant , vi commissio- nis , cum assecuratione , eiusque pretio , &c. licitum esse comittenti , ut præter annum lucrum capitale quoque recipiat. Atta- men si quis adhuc moleste

^{a.} Diffi-
cultas.

ferat poni & astrui tan-
quam licitum vi commissio-
nis, &c. id quod vi mutui
foret certissime usurarium:
relegat num. 73 sub literula,
t, ibique agnoscet lucrum
idem, quoad substantiam &
quantitatem, uno agendi
modo provenire licite; qua-
muis alio modo non possit
provenire nisi cum vicio
usuræ.

95

b Sunt
qui ob an-
teceptam
opinionem
non libe-
ter ista in-
telligant.

Porro Lectorem ^b opto
hic enixe rogatum, ut ig-
noscat si visus vtcunque fue-
rim solito prolixior, & for-
sitan molestus in ingerenda
præsertim ac sæpius insinua-
da vi paritatis in istis quas
adhibui similitudinibus com-
mittentis & ministri cum

2. Diſſ.
cultas.

navis periclitantis domino ,
eiusque assecuratore ; item
cum habentibus contractum
census vitalii ; nec non cum
locatore & conductore de-
cumarum , &c. Sic enim
egi quia novi non deesse in-
genia , quæ sic addicta sunt
anteceptæ cuidam suæ opi-
nioni (obscuræ nimirum &
incertæ notitiæ) ut quæcun-
que ex adverso sunt , etiam si
clare certoque probata , qua-
muis non difficulter appre-
hendant , non tamen intel-
ligant libenter , ideo solum
quia non placent . Quo fit
ut in isto dissertationis libel-
lo nihil sibi videantur legere
nisi usuram ideoque sint , qui
sic affecti , strenue clamitent

c Imo dæ
nent licet
immerito.

360 DE VSU LICITO

4. Diff.
cule s.

CHARITATEM ipsam, heu!
desiuisse turpiter in infam-
mem usuram : & alij persan-
nam alia jactent. Sed abun-
det quisque in suo sensu,
quantum ei libuerit. Nemo
tamen vnquam efficiet ut,
primo contractus commis-
sionis sit contractus mutui ;
& secundo , ut contractus
sortis , qualis ille est , cui
annexa est assecuratio, inea-
tur absque periculo sicut &
sine spe : & tertio, ut aliquid
magis aduersetur usuræ ,
quam aduersentur ea quæ
in hoc libello disserta sunt;
nisi quid magis aduersetur
malo , quam id quod mali
summum remedium est, & fun-
ditus radices eius aufert. Aut

igitur

igitur quisquis is est cui sic placet gratis insultare , im-
pingat injustitiæ crimen om-
ni contractui sortis ; aut
istum , quem ego exposui si-
nat ab injustitiæ adeoque
ab usuræ labe immunem
esse.

Dif-
fultas.

QVINTA DIFFICULTAS.

*Quod contractus iste commis-
sionis , prout à me exposi-
tus est , coincidat cum con-
tractu Trium.*

87

Non defuere ^d qui con-
tractum commissio-
nis , prout is explicatus est

H h

d Objici-
tur com-
tractus i-
stum coïnci-
dere cù
contractu

5. Diss. à me incusarent velut omni-
cultas.
^{trium, &} no coïincidentem cum con-
^{continere} tractu, ut dicitur Trium; id
^{tres cons.} est complectente contractus
^{tractus.} tres; proindeque simul dam-
nandum cum eo, utpote
quem existimant passim Do-
tores esse revera usurarium;
sic enim illi. Coincidere ve-
ro illum cum isto, putarunt;
quatenus, ut aiebant, non
intelligitur posse eum fie-
ri, quin contineat explicite
vel implicite contractus om-
nes tres, quos iste continet.
Nam in primis continet, ut
aiebant, contractum socie-
tatis (qui cæteris præsuppo-
nitur) inter eommittentem,
& eum qui commissam ab
illo suscipit pecuniam: cum

non possit non societas esse
vbi duo sic inter se conve-
niunt ad negotiandum , ut
vnus pecuniam ; alter ope-
ras & industria contribuat:
& hoc ipsum , ajebant , do-
cet D. Tho. citandus nu-
mero 100. Deinde continet
contractum , quo lucrum ,
secundum quod solet com-
muniter fieri , non quidem
summum , sed mediocre tan-
tum , distribuitur in tres par-
tes , quarum una ministro
assignatur pro pretio assecu-
rationis capitalis. Tertio
continet contractum , quo
è tribus dicti lucri partibus
una ministro eidem tribuitur
pro pretio operarum eius , &
industriæ ; & committenti

Diffi.
cultas.

H h ij

364 DE USV LICITO
etiam una pro fructu suæ pe-
cuniæ.

3 Diffi-
cultas.

97

e Resp. id
fieri posse
per men-
tem.

Resp. i. Non est ^ediffici-
le, ut per mentales concep-
tus, & quasi metaphysice
res per una simplex divida-
tur in plures (prout ego ipse
num. 99 proponam analy-
sim istius contractus) divi-
sio tamen ea mentalis non
facit rem in se ac secundum
se, sic esse actualiter divisam,
& multiplicem. Quemadmo-
dum enim attributa ipsa divi-
na quantumuis modo conci-
piendi nostro distinguantur
ab invicem, ut Omnipoten-
tia à Bonitate, Bonitas à
Iustitia, Iustitia à Misericor-
dia, &c. hæc omnia tamen
physice in se nihil sunt aliud,

quam una simplicissima Dei
substantia. Pari modo , ser-
vata proportione, contractus
iste cummissionis est con-
tractus vnuſ in ſe ac vere ſim-
plex, quo nimirum commit-
tens, pecuniam ſuam accep-
tanti ac ſpondenti libere mi-
nistro ea lege tradit , ut me-
diante lucro inde , ut folet,
futuro , partim affecuret ſibi
capitale , partim operas &
industriam compenſet mini-
ſtri ; & partim etiam aliquid
certi , ſed mediocre in ſuum
emolumētum derivet, qua-
ſi per ſpem lucri pinguioris
emens ſibi lucrum certum
exiguum. Iſtiuſmodi ^f vero
conditiones ita ſunt per mo-
dum ynius indiviſibiliter in

^f Diffi-
cultas.

^f ſed in re
eft hic
unus tan-
tum
& ſim-
plex con-
tract.

^{5.} Diff.
culas.

uno contractu iunctæ cum traditione pecuniae; ut sint essentiales eidem contractui; quatenus hic non interatur, si vel una earum deferset: unde fit ut contractus ipse non possit esse nisi unicūs in se simplex per absolute inseparabilitatem eorum, quæ illum integrant. Atque hinc patet incommoda, quæ forte possent consequi contractum Trium, sub eo titulo quo Trium est, non consecutura contractum istum commissionis penitus in se, ut ostendi, simplicem.

⁵ Resp.
contractū
trium ad-
mitti à
probatis
autorisbus

Resp. ² g contractum illum Trium immunem ab omni usura censi à proba-

tis autoribus, ut Bonacina de contractibus. q. 3 punto II, prop. vniqa, vbi plurimos refert pro se autores; & Bullæ Sixti 5 optime satisfacit, ut videbitur inferius num.

109. Ergo quainuis contractus iste commissionis coïcideret, ut obiicitur, cum contractu Trium; nulla ei foret inde injuria. Probo ^b tamen vterius minime ipsum ita coïcidere. Nam in eo triplici, vt omnes intelligunt, initur societas, societas autem est conventio duorum vel plurium pecuniam, vel industriam, &c. conferentium ad lucrum commune. Atqui lucrum in contractu nostro commissionis, proprie solum

^h Et insuper ostenditur non cum eo coïcidere nos trium.

H h iij

4. Diffi.
cultas.

spectat ad committentem; quatenus quoad ministrum est solum assignata merces, & stipendium, & pretium hinc operarum & industriae, hinc periculi ab eo suscepiti pro capitali. Hoc modo autem, & quoad hanc partem ille contractus evidenter est non societatis, sed locationis, & asscurationis; etiam si loco dicti pretii ac stipendi assignentur, ut dictum est, lucri partes duæ ex tribus, aut quacunque alia proportione &c. quod quidem eo fine agitur, ut minister diligentior fiat spe lucri maioris, Lege Bonacinam de contract. disp.

i contra-
et us hic 3 q. 6 punto i. Atque i ex

his ita positis responsio facili-
lis est ad id quod ex D. Tho-
ma objicitur cum enim D.
Th. dicat *committit pecu-*
niam suam vel mercatori, vel
artifici per modum societatis
cujusdam; non intelligit ibi
esse perfecte proprieque
sumptam societatem; sicut
eam ex Bonacina paulo an-
te definiui; sed solum intel-
ligit sicuti exprimit, modum
societatis cuiusdam; hoc
est, non societatem, sed
societatis modum: hic vero
modus ex iis quæ proxime
dixi, facile agnoscitur; qua-
tenus ibi est *conventio duo-*
rum sicuti est in societate, qua-
muis non sit conventio ad lu-
crum commune, qua ratione

Dif-
fultas.

noſter
quaoad mo-
dum eſt
ſocietatis.

5 Diffi-
cultas.

deficit à veritate societatis: adde quod ibi est conven-
tio proprie conductionis &
locationis operarum & in-
dustriæ, quæ non tam so-
cium, quam servum & mi-
nistrum (ut citatus num. 3
D. Tho. vocat) respiciunt.
Vide num. 100.

99

*& qualitas justitiae in isto con-
tractu commissionis & si-
mul assecurationis debite
servata facile patet, facta
eiusdem contractus analysi,
ut sequitur.*

*Contractus expo-
nitur per
singulos
nodos, ut
fiat euini-
dens, in
eo nihil
vñfura & co-
tineri.*

PRIMO¹ contractus iste
est contractus commis-
sionis, ut num. 4 explica-
tum est ex mente D. Tho-

mæ non solum in opusc. ⁵ Diffi-
cultas.

73 cap. 11; verum. etiam
(ut num. 100 referam) in
2^a 2^e q. 78 art. ad 5: & in eo
servantur examinissim condi-
tiones illæ duæ, quas exi-
git S. Doctor; nempe in
primis dominium commissæ
pecuniæ; ac deinde eius-
dem amittendæ periculum
retinet super se committens.

Secundo in eodem con-
tractu periculum quod est
ne capitale pereat commit-
tenti, redimit ipse commit-
tens, ut explicatum est à
num. 875 & sic retinet ille
ipsummet super se pericu-
lum; quatenus ad illud re-
dimendum assignat ministro
preium iudicio sapientum

*s. Diffi-
cultas.*

conveniens ; videlicet par-
tem lucri , ut solet , proba-
bilissime futuri , qualem ille
vltro acceptat eo fine .

Tertio in eodem contra-
ctu committens assignat mi-
nistro stipendium pro eius
operis & industria ; videli-
cet partem aliam eiusdem
futuri lucri , iudicio simili-
ter sapientum convenien-
tem .

Quarto in eodem con-
tractu committens emit sibi
a ministro , mediante pro-
babili spe lucri majoris , par-
tem ex eodem lucro totali
sumendam , certain quidem ,
sed exiguum , nempe deter-
minandam ex judicio sapien-
tum , aut ex lege , &c.

Quinto

Quinto contractus idem ^{5. Diff.}
quoad istud , quarto loco
dictum caput , est quodam-
modo contractus , ut dicitur
fortis & sponsionis ; quate-
nus ex una parte , commit-
tens quidem tribuit suam
pecuniam , simulque expo-
nit periculo generali , quod
est (ut num. 93 dicebam)
amittendi eam & fructus
eius , casu quo minister , &
qui ei sunt in subsidium ad
cautionem , eo deveniant,
ut amissis propriis facultati-
bus decocti , non sint solven-
do : quod quidem periculum
est pretio æstimabile. Ac in-
super idem committens sus-
cipit in se onus , quod est
condonandi partes lucri , ut

374 DE VS V LICITO
dictum est , secundum spei
probabiliter futuri duas ;
unam quidem pro industria
& operis , alteram vero pro
periculo particulari , quod
redemptum esse intendit ,
nolens ut capitale censea-
tur sibi perire , quandiu mi-
nister seu per se , seu per eos ,
quos ille ad cautionem adhi-
buit praedes , habebit unde
illud reparet . Ex altera
vero parte , minister ipse sub
ea proposita spe , sponte ac
libere suscipit in se onus
hinc servandi , hinc reddendi
capitatis , hinc solvendi pen-
sum fructus annui . Atque
ita est vtrinque periculum ,
vtrinque onus , & vtrinque
spes lucrandi , quanquam

non sine perdendi pericu-
lo: sicuti est in contracti-
bus sortis communissime
approbatis , v. g. navis
cum mercibus juxta dicta
num. 88, &c. assecuratæ;
nec non census vitalitii , ac
locationis decimarum , &c.
Sexto ex uia & natura hujus
contractus minister tenetur
ad servandum suo periculo,
& saluum , cum opus fuerit,
reddendum capitale , simul-
que ad fructum solvendum.
Neque in hoc injuria fit illi,
qui sub spe tum dicti pretij,
tum lucri majoris , non mo-
do sponte ac libere suscepit
onus , ut dictum est , hinc
fructus annui solvendi, hinc
in fine reddendi capitalis ;

376 DE VS V LICITO

Diff.
cultas.

verum etiam cessit juri suo,
quod esse posset in contra-
rium. Imo è contra fieret
injuria committenti , si pre-
tium assecurati capitalis, ip-
sumque simul capitale coge-
retur amittere. Hac , in-
quam, sic disserta contractus
analysis facile patet eius
æquitas , & justitiae in eo
æqualitas omnimoda serva-
ta ; quanta sane , vel qualis
est in aliis contractibus asse-
curationis , vel etiam sortis
& sponsionis. Nam nullum
quidem ex enumeratis in
particulari sex capitibus af-
signari potest , in quo non
apprime servetur justitia per-
fecta : impossibile vero est ut
ex pluribus ita justitiam ser-

vantibus conditionibus in-^{6. Diff.}
tegretur contractus unus,
quin omni ex parte quoad se
justitiā servans. Ergo (quod
ex his manifeste sequitur)
contractus iste longissime
abest ab omni suspicione
usuræ.



SEXTA DIFFICULTAS.

De autoritate D. Thomæ sump-
ta ex opusc. 73, de quo
plurimi dubitant, an sit
vere D. Thomæ necne.

100

Improbarunt^m quamplu-
rimi quod ego meam if-
tam dissertationem de usu
pecuniae sub contractu com-

^m Obit.
ciunt
opusc. 73
non esse
D. Tho-
mae

Li iij

⁶ Diff.
caltas.

missionis licito , voluerim
niti præcipue autoritate D.
Thomæ vnica , & ea qui-
dem dubiæ fidei ; quatenus
opusculum ex quo eam
sumpsi , non satis constat
esse D. Thomæ , & multi
censem revera non esse : di-
xeruntque , plurimum inde
huic sententiæ derogatum ,
quod non alia probetur au-
toritate quam supposititia.

Resp. i. ⁿ non mihi defuit
^{non defit-}
^{se locum}
^{cius aliū}
^{similem}
^{ex 22.} expressum in eandem rem
aliud eiusdem D. Thomæ
testimonium ex 2^a 2^x q. 78
art. 2 ad 5, his verbis. Ille
qui committit pecuniam suam
vel mercatori , vel artifici per
modum societatis cuiusdam
non transfert dominium pe-

cunia sua in illum; sed rema-
net eius; ita quod cum peri-
culo ipsius mercator de ea ne-
gotiatur. vel artifex opera-
tur. Et ideo sic licite potest par-
tem lucri inde provenientis
expetere tanquam de re sua.

Istud, inquam, testimonium
ex S. Doctore non defuit;
& saltem hæc ex 2^a 2^e auto-
ritas non mihi præripetur,
quamuis illa forte posset
præripi, quæ est ex opuscu-
lo; de hoc tamen statim in
2 responsione. Sed illud ex
opusculo malui testimonium
ad rem meam claritatis com-
modum; nempe claritatis
contentæ in istis potissimum
verbis. *Quia tunc commissa*

Diffi-
cultas.

• DILECTA
CULTAS.

est pecunia , vel res alia sicut
seruo & ministro , qui de re
domini negotiantur ad utili-
tatem domini sui : & in ipsis ,
quia sicut rei propriæ partum
recepit , non tanquam partum
numismatis ex numismate
immediate ; sed partum ipsa-
rum rerum , quæ per numis-
mata sua sunt acquisitæ iusta
commutatio ne. In his , in-
quam , existimavi esse ad
rem meam aliquid maioris
claritatis , quatenus in eis
exprimitur cui & quomodo
fiat commissio , nempe sicut
servo & ministro , cum qui-
bus , eo quod illi , ut sic
non sint socii , non initur
proprie societas ; sed si qua
initur , est solum in speciem

societas, & quoad modum,⁶ Diffi-
ut habet D. Thomas, sed de-
cundo exprimitur quo titu-
lo partem lucri possit com-
mittens recipere licite, nem-
pe tanquam numismatis ex
numismate partum non im-
mediatum, sed solummodo
mediatum; videlicet ut par-
tum earum rerum quæ per
numismata acquisitæ sunt:
quæ duo sic expressa mihi
prosunt vel maxime, & suffi-
cere visa sunt: unde nec exi-
stimavi necessarium esse mihi
ut referrem testimonium
aliud, præsertim studens
brevitati.

101

Resp. 2. Quoad ° fidem
huius opusculi, quod nem-<sup>o Resp. 2
opusculi 73
esse D.</sup>

6. Diff. pe illud sit verum certum.
cultas.

Thomæ si
nus opusc. que scriptum D. Thomæ;

non autem suppositum &
4. apocryphum; ego invenio
capite eius 19 in fine, hæc
verba, & de his (nempe de
differentia inter usuram &
furtum & rapinam) alias
scripsimus in septimo præcepto
decalogi diffusius; & ideo hac
ad præsens sufficiant. Ac sub-
inde opusculo 4, quod est
de duobus charitatis, & de-
cem legis præceptis; inve-
nio in explicatione septimi
præcepti, non furtum facies,
diffuse agi de prædicta diffe-
rentia. His porro sic per-
pectis, & bene collatis in-
vicem, videtur mihi pro-
fus, & absque ullo dubio

certum, duo hæc opuscula
videlicet 73 & 4, vnius eius-
demque autoris esse opuscu-
la, quisquis ille tandem sit
autor. Vnde quia nemo
(quod sciam) dubitat, quin
D. Th. germanum scrip-
tum sit opusculum 4; neces-
se est ut consequenter nemo
dubitare debeat, quin simi-
liter opusculum 73 sit ger-
manus D. Thomæ fœtus.

Ob eandem rationem vi-
delicet ob citationem opus-
culi 4 in opusculo 73 Magi-
ster Petrus de Bergomo
Ordinis Prædicatorum do-
ctor celeberrimus, qui tabu-
lam auream, sive indicem
in omnia D. Thomæ opera
digessit, ipso initio libri qui

est tomus vltimus , in fine catalogi omnium opusculo-
rum , quæ enumerat agens de septuagesimo tertio , sic
ait. *Hoc vltimum opusculum ,*
quia neglectu quorumdam ,
cum aliis S. Thome opusculis
impressum non fuit ; cum ta-
men ut à peritis antiquiori-
bus Patribus sacri Ordinis fra-
trum Prædicatorum accepi-
mus , absque dubio sit opuscu-
lum eius : atque in eodem
opusculo cap. 19. alleget opus-
culum 4 de decem præcep-
tis decalogi , &c.

102 Cum igitur hæc ego nos-
sem , & non dubitarem ,
quin eadem nossent illi præ-
sertim , qui divo Thomæ
dant operam viri docti ; mi-
nime

nime hæsi anceps, quin in-
dubitanter ex eo opusculo
testimonium acciperem. Ne-
que p tenuit me quod opus-
culū ipsum vidi cūsum cha-
racteribus minusculis; prout
ad lectorem ante opusculum
41 annotatur hujusmodi
characteribus impressa esse
opuscula quæ dubia sunt,
ut hoc signo ab eis quæ cer-
ta sunt, distinguantur: non
inquam, id me tenuit; quia
etiam in serie istorum, quæ
characteribus cusa sunt mi-
noribus aliqua reperiuntur,
quæ maioribus impressa sunt,
ut opusculum 57, quod est
officium de festo corporis
Christi; item opusculum 58
de venerabili Sacramento

⁶ Diff.
cultas.

p Nec
obst quod
opusc. 73
impressū
est mine-
ri chara-
ctere.

⁶ Diffi-
cultas.

Altaris; item opusculum 69, quod est expositio in librum Boætii de Hebdomadibus; item opusculum 70, in quo sunt quæstiones præclaræ super librum de Trinitate eiusdem Boætii. Et è contra in eadem serie opusculum 67 de emptione, & venditione ad tempus, inventitur minutis impressum characteribus; cum in eius tamen titulo adjungatur. *Et est absque dubio S. Thomæ Series* igitur hæc ab opusculo 41 cœpta pro distinguendis mediante charactere hinc minuto, hinc majori opusculis veris ab apocryphis, videri potest non tantæ universaliter esse fidei, ut non

suas patiatur exceptiones, ac
eatenus possit, imo debeat
permittere opusculum ip-
sum 73 esse verum D. Thom-
mæ scriptum, attento præ-
fertim insigni de veritate
eius testimonio P. Magistri
de Bergomo: quin & stan-
te ipsius D. Thomæ, citan-
tis videlicet in opusculo 73
opusculum 4, autoritate,
qualis potest per se cuique
sapienti merito esse indubi-
tatæ fidei.

Non igitur fuit ex eo ca-
pite, cur ob testimonium ex
opusc. 73 à me sumptum fie-
ret reprehensio; eo vel ma-
xime quia simile aliud eius-
dem efficaciæ, licet clarita-
tis non omnino paris è 2 2

K k ij

Diff.
cultas.

388 DE VS V LICITO

mihi suppetit ; quale , ut superius dixi , non mihi præripetur ; et si forsitan præripi illud contingere : adeoque perinde rem meam efficerem ex isto , atque ex illo : imo quia cumulata iuvant , & illud , ut puto , mihi satis asserui ; ambobus eandem cumulatius efficio .

SEPTIMA DIFFICULTAS.

De Innocentii 3 decreto prave intellecto , & Panormitani truncata , ut aiunt , autoritate .

103

q. obiic.
male usur
patum in

IMpingunt q. hic inibi duo simul per modum vnius ;

hinc scilicet prave intelle-
 ctum , & prave item usur-
 patum Innoc. 3 mandatum
 cap. per vestras , à me addu-
 ctum num. 43 & sequenti-
 bus ; hinc Panormitani ver-
 ba dimidiate solum relata
 quoad favere videbantur ; &
 suppressa quatenus erant ve-
 re contraria. Nam Innoc.
 quidem , vt volunt , primo
 cum ait *de parte honesti lucri*
 &c. indicat ineundam esse
 cum mercatore societatem
 à viro & vxore ; tum quia
 non est cuiuslibet inquiunt,
 socii accipere , nisi partem
 lucri ; tum quia , ut etiam
 volunt , non potest honestum
 esse lucrum , nisi ex honesta
 societate ; nec esse potest

7 Diffi-
 cultas.
 noc. 3 te-
 stimoniis
 dupli si de
 causa.

Diss.
cultas.

honesta societas vbi capitalis
intercedit assecuratio. Igitur
Pontifex iis verbis non mo-
do non favet, sed etiam re-
pugnat volenti capitale sibi
assecuratum. Secundo quia
Pontifex post datum man-
datum de pecunia mercato-
ri committenda, subdit quo
fine id mandaverit, vbi ait,
*ne occasione dotis detentæ uxori
à viro dimissa, seu vir qui
dimisit uxorem, adulterii
reatum incurrat.* Sic vero di-
cens indicat se non ita man-
daturum, nisi necessitas vi-
geret præcavendi adulterii.
At hoc posito verba Ponti-
ficiis, quæ pro me egoretu-
li, *mandamus... vel saltem
alicui mercatori committi, ut*

de parte honesti lacri &c. non
fauent vniuersaliter, quia
non sic vniuersaliter pericu-
lum instat adulterii, sive al-
terius facinoris hac via præ-
cavendi.

Dif.
cultas.

104

Quoad vero Panormita-
num, duos mihi textus eius
obiiciunt ex iis quæ habet
in explicatione dicti capititis
per vestras: qui quidem tex-
tus destruunt aperte, ut pu-
tant, id quod ego volui ful-
tum ipsius Panormitani au-
toritate. Primus textus ita
se habet. *Ego non credo quod*
talis sit honesta & licita socie-
tas; quoniam contingere posset;
quod ponens operam sentiret
damnum in operis amissis, &
in capitali pecuniae; quod est

r. Obii.
etia pra-
ve adhi-
bitum pa-
norm. se-
stim.

K k iij

7 Diffi-
cultas.

contra naturam societatis ,
cum societas sit quædam fra-
ternitas... hæc autem socie-
tas esset potius leonina. Et
subdit ex glossa quadam ,
quæ dicit. Ad hoc ut societas
sit honesta , & licita inter po-
nentem pecuniam , & ponen-
tem operam , oportet quod pa-
nens pecuniam sentiat de lu-
cro , & de damno . Alter textus
ita se habet. Nec etiam credas
quod sit licitum à principio pa-
cisci , ut habeat deponens , de-
cem pro centenario , vel etiam
aliam quantitatē , sicut faciunt
quædam viduae credentes hoc
licere ; & solent aliqui ad ea-
rum defensionem allegare is-
tum textum , cum illa opinio-
ne Ioannis Andreæ . Certe hoc

non est licitum alicui : quia⁷ cultas.
non licet ex pacto quantum-
cunque minimum capere ex pe-
cunzia, si non subiicit se periculo.

Resp.^f ad id quod est ex 105
 Innoc. 3; & dico primo ver-
 ba illa Pontificis *de parte ho-*
nesti lucri, &c. non magis
 importare ineundam esse so-
 cietatem, ut isti volunt;
 quam importent, ut ego in-
 tellexi, commissionis ineun-
 dum contractum, qui iuxta
 dicta num. 98, non nisi in
 speciem & quoad modum
 aliquem est societas. Neque
 possunt illi probare suam ex-
 plicationem, sicut ego meā,
 quam ex ipsis mandati Pon-
 tificii verbis clare sumo,
 vel saltem alicui mercatori

^f Resp. ab
 Innoc.
 mandata
 fieri com-
 missionē,
 non ut
 aduers.
 volunt,
 societate.

7. Difficilis
cultas.

committi: optime igitur, & ad mentem Innocentii explicui, cum dixi commissio-
nis ineundum esse contra-
ctum. Isti autem sine funda-
mento intelligunt de socie-
tate ineunda, nempe tali,
qualem num. 98 definivi ex
Bonacina. Nec enim co-
<sup>t Quorū
non valeat
ratio 1.</sup> rum valet ratio prima, quod
nimirum socii sit non recipere nisi partem lucri: pari
namque modo commit-
tens vi contractus commis-
sionis iuxta dicta num. 99,
non nisi partem lucri re-
fert. Vnde licet socius non
nisi partem lucri recipiat;
non tamen è converso ne-
cessarium est, ut quisquis
partem solum recipit lu-

cri , sit hoc ipso socius ⁷ Diffi-
propre sumpto hoc nomi-
ne ; & aliunde potest etiam
is qui partem lucri recipit
vicem habere servi & mini-
stri , & recipere partem illam
velut stipendium , quod pro-
prie non est socii .

Nec [¶] est efficacior altera ^{u Nec 2.}
corum ratio , quod scilicet
lucrum esse nequeat hone-
stum , nisi ex honesta socie-
tate : perinde namque ho-
nestum est ex honesta com-
missione . Atque ad hoc fa-
cit pro me vel maxime glos-
sa ad has voces *honesti lucri* .
Non enim , inquit , *tenetur fæ-*
nerari dotem , & de usuris
alere uxorem , sed convertat
eam in societatem honestam ,

illoq

396 DE VS V LICITO

*7. Diffi-
cultas.* vel aliquod commercium, &
ex lucro honesto eam alat. Cer-
tissime autem commissio est
genus honesti commercii,
quo (juxta D. Thomæ do-
ctrinam num. 3) seruus aut
minister committentis, de
pecunia eius negotiantur in
eiusdem utilitatem.

* Neque * 3 eorumdem ra-
tio est magis idonea, dum
dicunt societatem esse non
posse honestam, vbi capi-
talis intercedit assecuratio.
Quidquid enim sit de socie-
tate, qualem ego in meo
contractu commissionis non
admitto, nisi in speciem, &
quoad modum quendam,
juxta dicta num. 98; non est
dubium, quin jure communi
possit

possit à committente commis-
sioni adjungi assecuratio
capitalis sub conditione pre-
tii convenientis, prout ma-
gis intelligitur ex dictis à
num. 87: quamuis vltro fa-
teor minime sufficere asse-
curationem, quæcunque
esse posset, ex parte ministri
absque speciali ad hoc ipsi
ex parte committentis assi-
gnato pretio; & de hoc uide
num. 109.

106

Dico 2^y ad id quod aiunt
finem propter quem Inno-
centius mandavit committi
pecuniam, &c. fuisse non
tam ut servaretur mulieri
sua dos à periculoſ secura,
quam ut provideretur de
medio idoneo contra peri-

y Refelli-
tur quod
aiunt ideo
Innocen-
tium id
mandasse
re imper-
diret pe-
riculum
adulte non
quod res
foret de fe-
licita.

L 1

culum adulterij. Quid enim?

An forte putant hi doctores, id quod est mercatori pecuniam committi, ut inde possit pars lucri recipi, esse de se rem illicitam; eandemque solum ex honesto fine, qui est, obuiam ire periculo adulterii, fieri licitam & honestam? Quod si ita censem, perinde est ac si dicant; faciamus mala, ut inde eveniant bona: & ego num. 43 ex alibi probatis retuleram, electionem malam, seu medij per se mali, nullam ex honesta intentione sumere posse honestatem, imo intentio quantumvis alioqui ex obiectione bona malitiam ex medio ma-

Diff.
cultas.

lo sumit, ut ibidem habetur: & ROM. 3 Paulus Apostolus.

Sic ait, & non (*sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere*) faciamus mala ut veniant bona: *quorum damnatio justa est.* Vnde & Innocentius, prout ego num. eodem 43 insinuabam, dum ita mandavit de dotis pecunia, supposuit rem esse natura sua licitam; non vero fecit esse licitam: imo si hæc de se fuisset illicita, reddidisset eo ipso Pontificis mandatum illicitum: id vero nullus patietur dici. Non ergo fas est explicacionem huiusmodi recipere, quæ sic repugnat honestati morum, & veritati rei.

L 1 ij



⁷ DIL.
cultas.

Ergo quod ex his conse-
quens est ; non ego prave
intellexi decretum Innocen-
tii , neque prave usur-
pavi.

¹⁰⁷

<sup>* Idem
nem. au-
tor quod
Panor-
mit. in
duob. tex-
tib. qui
objiciunt-
ur.</sup> Resp. ⁷ ad id quod obili-
ciunt ex Panormitano , tex-
tus illos ambos non minus
favere mihi , quam illi fa-
veant , quos ego ipse retule-
ram . Nam quidquid in his
quæ obiiciuntur docet Pa-
normitanus , ego perinde li-
benter admitto , sicut illud
quo in eis docet , quos ipse
adduxi : cum scilicet dicit ~~eg~~
~~non credo quod talis sit ho-~~
~~nesta , & licita societas , &c.~~
videlicet illa , quam retule-
rat immediate ante , sive ex
Ioan. Andrea , sive præser-

tim ex Hostiensi ; qui ut
ait , tenuit expresse valere
pactum , ut deponens pecu-
niam non sentiat damnum in
capitali , quamuis postea ad-
dat , *Quod si capitale esset*
perditum casu fortuito , debe-
ret deponens dimittere in foro
animæ. Ac similiter in 2 tex-
tu cum dicit , certe hoc non
est licitum. . . . Si non subii-
cit se periculo. Ego , inquam ,
(ut ex dictis num. 86 patet)
idem sentio penitus : & ita
non mihi est in iis verbis
contrarius Panorm. Sed pe-
rinde in iis , vti dixi , mihi
favet ac in aliis , quæ ego
retuli : ideo autem perinde ,
quia sicut ego primum (num.
42 ex Hostiensi & Andrcia ,

Diffi-
cultas.

7 diff. licet illi non sic expressis-
cultas. sent) existimavi mercatori
dotem committi non peri-
culo viri & mulieris ; eo
quod simul , ut satis expres-
seram , volui assignandum
esse mercatori à viro & uxo-
*re pretium congruum asse-
curationis pro capitali ; sic*
etiam existimavi & existimo
deponentem seu commit-
tentem debere dimittere si
capitale fortuito pereat ; ni-
si subjicerit se periculo. At
non immerito simul existi-
mavi committente in ipsum
satis periculo se subiecisse,
cum illud redemit assignato
pretio congruo. Sic enim
revera sentit ille de *danno*,
sicut de lucro. Et ita non mi-

hi locis allatis adversatur
Panormitanus nec ego cen-
sendus sum dimidiate cum
citasse, quasi metuerim vel
dissimulaverim.

⁸ Diff.
cultas.

OCTAVA DIFFICULTAS.

*De cap. naviganti; & de
Bulla Sixti 5 quæ incipit,
detestabilis.*

108

VIm ^a contra me fece-
runt aliqui præcipue
ex duobus. Primum est;
caput *naviganti*, ubi Gre-
gorius ⁹ sic ait, *Nauiganti;*
vel eunti ad nundinas certam
mutuans pecuniaæ quantita-

^a Obii. ex
cap. nauiganti &
ex bulla
Sixti 5.

L 1 iiiij

404 DE VS V LICITO

3 Diff.
culta.

tem, pro eo quod suscipit inse periculum recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus. Ex quo illi arguebant eum à fortiori censendum esse usurarium, qui mercatori suam ita pecuniam tradit, ut eius amittendæ periculum totum reiiciat in mercarorem. Alterum est bulla Sixti 5, quæ incipit detestabilis avaritia, in qua continentur ista præsertim. *Damnamus & reprobamus omnes, & quoscunque contractus, & conventiones & pactiones posthac ineundos, seu ineundas per quos seu quas cauebitur personis pecunias; animalia, aut quaslibet alias res, societatis nomine traden-*

tibus, ut etiam si fortuito casu
quamlibet jacturam, dam-
num, aut amissionem sequi
contingat; fors ipsa seu capi-
tale semper saluum sit, & in-
tegrum à socio recipiente resti-
tuatur, &c.

^b Diffi-
cultas.

109

Ad primum ^b responsio
est in promptu; quia ut ait
Panormitanus ad illud ca-
put. Occasione mutui non po-
test recipi aliquid ex pacto
etiam si mutuans suscipiat in
se periculum, &c. Et sic
etiam intelligit D. Thomas
opusculo 73 cap. 6, & 14.
Iste igitur qui sicut habetur
in bulla sub contractu mu-
tui (utpote mutuans) pe-
cuniam suam tradidit; non
potest, propter mutui ratio-

^b Sed ca-
pur nauis
ganji cla-
re intelli-
gitur de
mutuan-
te.

³ Diffi-
cultas.

nem ipsam , aliquid sumere supra sorteim . Sed non inde sequitur eum similiter sumere non posse qui pecuniam suam tradidit contractu commissionis ; est enim disparitas , quia iste est ad negotiandum , ille ad nihil sperandum . Adde quod perperam obiicitur periculum à committente , in meo casu , reiici in mercatorem ; hoc enim falsum est , quando pro eo redimendo periculo pretium congruum à committente datur mercatori , seu ministro .

^c Et bul-
la Sixti
non ad
versatur
contractui
in quo
pro capi-

Ad 2^e respond . cum Benaci . (quem citavi num . 98) dicente damnari societatem quoties periculum capitalis stat

penes accipientem ob solum
societatis contractum ; secus
si periculum reiiciatur in acci-
pientem per conrractum lici-
tum assecurationis. Et addit,
quod summus Pontifex non
intendit condemnare contra-
ctum iure communi licitum ;
ut patet, inquit, ex decisione
Rota apud Farinacium, & ci-
tat alios autores.

Responderi^d potest bre-
viter & clare , ad verba per
quos , seu quas cauebitur , &c .
distinguendum esse. Nam
alia est pro capitalis assecu-
ratione cautio , qua credi-
tori cavetur à recipiente ;
alia , qua recipienti ab ipso
credитore cavetur. Pontifex
igitur , contractus eos dain-

⁸ Diffi-
cultas.

tuli asse-
curando
assignatur
preium.

^d Duplex
assecua-
tionis ge-
nus , unū
non suffi-
cit alterū
sufficit.

408 DE VS V LICITO

^{8 Diffi-}
cultas.

nat in quibus recipiens ca-
vet creditoris; non autem eos
in quibus creditor ita cavet
recipienti, ut pretio assigna-
to conveniente redimat pe-
riculum, eoque redempto,
capitale, sibi assecuret: in
hoc enim nulla est injustitia,
prout exposui num. 87 ac
deinceps. Porro ex his faci-
lis erit ad alia similia ex
Concil. mediolan. aut aliun-
de obiicienda responsio.

*Urgetur
objecatio;
sed ex so-
lutione
confirmata.
tur supe-
riora.*

Dices. ¹ Pontifex addit
expresse & clare omnes &
quoscunque contractus, &c.
Atqui in iis verbis ita gene-
ralibus includitur necessa-
rio commissionis contractus
ille à me jactatus. Igitur,
&c. Respondeo verba illa
non

non sic esse intelligenda ⁸ Diffi-
cultaſ.

vniversalissime , ut per ea
censeri debeat Pontifex pro-
hibere atque damnare con-
trahendi modum omnem &
quemcunque ex omnibus
possibilibus , quo ſaluum
habeatur ac legitime poſſi-
deatur capitale , & aliquid
inſuper : ſed ſolum intelli-
genda eſſe vniuersaliter qui-
dem quoad modos omnes
quos ipſe Pontifex mox in-
dicat à ſe in ſpecie reproba-
ri , cum ſubdit *Ne de cætero*
societas in eantur ſub huius-
modi pactibus , & conventio-
nibus quæ uſurariam pravi-
tatem ſapiunt , diſtriicte inter-
dicimus , & prohibemus :
non autem quoad eos mo-

Mm

410 DE VSU LICITO

^s Diff.
cultas.


dos quibus initi contractus ex iure communi liciti sunt, neque sapiunt pravitatem usurariam. Alioqui foret ille simul, & æque censendus damnare modum, quo per contractum v. g. annui redditus constituti, vel census Montium, vel census vitalij potest quis, omnium sensu, innocenter, & absque usuraria pravitate profsus villa non solum habere, sed & possidere, aliquando capitale ipsummet integrum simul cum fructibus capitalibus ac ter æqualibus; ac demum recompensationem ex eadem re duplicem ac triplicem, &c. ut dicebam num. 72, & 73. Cuin ergo eate-

nus necessario sint modi ali-
qui ab illo prætenso bullæ
rigore excipiendi ; non po-
test, ut puto , singulariter
ostendi modum istum , qui
per commissionem agitur
cum assecuratione pro peri-
culo fortis ; & à Pontifice,
ut patet , minime in bullæ
exprimitur , contineri ta-
men in eiusdem bullæ rigo-
re ; nisi aliunde is osten-
datur sapere pravitatem vſu-
rariam. At , si aliunde id of-
tendi debet , ergo ad id bullæ
præcise nihil facit ; quod in-
tendo. Id vero aliunde of-
tendi , seu probari , est mihi
quidem hactenus ignotum.
Igitur , &c.

Adde quod ^m in rigore ^m *Alia
solutio.*
M m ij

diff. sumendo bullæ terminos,
cultas. ut sonant ; Pontifex ibi agit
de tradentibus pecunias, ani-
malia , aut quaslibet alidas
res , societatis nomine , &c.

Contractus vero commis-
sionis de quo ego , non est
societatis nisi quoad modum
quendam imperfectum ex
dictis num. 98, & 100. Er-
go , &c.



NONA DIFFICULTAS.

Quod materiæ morales non agitentur convenienter arbitrariis, abstractis & metaphysicis rationibus; sed ex Patrum & Conciliorum doctrina.

110

Non sine indignatio aliqui obiecserunt egiſſe me imperite, cum in quæſtione de vſuris, quæ maxime ad mores pertinet; egi ſubtilibus quibusdam, & arbitrariis, iisdemque ſophiſticis (ut aiebant) rationibus arte quadam velut ma-

e Obiic.
modum
agendi
meū ſuſ-
ſe nimis
metaphi-
ſicum.

Mm iij

⁹ Diſſ. thematicā deductis aliunde
cultas. quam ex Patrum aut sum-
morum Pontificum vel Cō-
ciliorum , aut Scripturæ fa-
cræ doctrinam , prout omni-
no decuifſet convenienter
ad res morales. Et iſta fuit
una è præcipuis in meam
dissertationem iurgandi cau-
ſis.

<sup>f Sed id
criminis
facile pur
guur.</sup> Verum f si modus agendi
meus tum quo ad principia ,
tum quo ad artem ratioci-
nandi attendatur syncere ,
atque sine præjudiciis , nulla
suberit eo ex capite materia
ſuggillandi , vel objurgandi ,
meo faltem judicio ; nam
in primis non est dubium ,
quin ſicut in physiſis & me-
taphysiſis , aliisque ſcientiis

realibus principia aliqua sunt
generalia , & vniversalia ,
qualia sunt. *Omne totum est
maius sua parte. Natura nihil
agit frustra , & similia. Ita in
moralibus necesse est prin-
cipia reperiri vniversalia ,
quale est istud , *suum cuique
tribuendum est ; & istud , Vo-
lenti non fit iniuria ; & istud ,
qui utitur iure suo nulli facit
injuriam , & similia. Quæ
quidem sicut & illa alia pos-
sunt eo titulo abstracta vo-
cari , quo ex multis de ter-
mino singulari propositioni-
bus velut collectis in unam
summam formatur & extra-
hitur , sive abstrahitur pro-
positio una de termino uni-
versali ; quæ propter hunc**

M m iiiij

, Diffi-
cultas.

416 DE VSV LICITO

⁹ Diff. ipsum formationis sui modum, vocari potest abstracta.

^{s Primo}
^{quoad ra-}
^{tiones}
^{quas ajunt}
^{abstractas} Nunc s igitur si quis ista principia vocat abstracta; ideoque rationes ex eis ad particulares casus petitas velit abstractas vocare ; ita vocet ut placuerit, sic tamen ut non ideo damnandas putet : quia potius ob id ipsum veritatis firmatatem habent illæ eo maiorem , quo certiorem aut etiam evidentiorem habent colligationem cum iis principiis. Non igitur eo titulo est ullatenus reprehendenda mea dissertatio , quod rationes aliquas huiusmodi abstractas usurpet.

^{h 2 Quo-}
^{ad ratio-} Deinde ^h quod ajunt egis-

se me subtilibus, arbitrariis,<sup>9. Diffi-
cultas.</sup>
iisdemque sophisticis ratio-
nibus: optarem sane, ut
notassent ex eis mihi ali-
quam falsitate laborantem.

Nam esse subtilem, & esse
arbitrariam, non sunt vitia
argumentationis: non pro-
babunt autem esse sophisti-
cam, ni prius probent aut è
falso eam duci principio, aut
induci contra leges bene ar-
gumentandi. At nondum id
probauit quisquam, saltem
quod viderim.

Tertio quod aiunt, arte
quadam velut mathematica
deductis: quasi specialiter
in moralibus usum eius ar-
tis damnantes, qui familia-
ris est Geometris, ut nimi-

i Quo-
ad ratio-
cinandi
arte quasi
mathem.

9 Difficultas. rum ex definitionibus, & positis postulatis quibusdam theorema vel problema elicatur. At si artem istam in moralibus damnant, quam tolerant ac recipiunt facile in aliis quibuscunque scientiis: necesse est ut æque damnent in iisdem moralibus usum syllogisticæ artis, quam ipsi Theologi non modo licite, sed & laudabiliter usurpant. Sed quia Theologi, sunt etiam Theologi dum suas doctrinæ moralis Christianæ conclusiones explicant & probant, perinde ac ubi explicant sacra fidei mysteria: consequens est ut perinde laudabiliter ad res morales atque

ad ipsa mysteria syllogisti-⁹ Diffi-
cam artem usurpent. Atqui
illa etiam est syllogistica (si
bene quemadmodum decet
attendatur) quæ speciem
gerit modi agendi , ut dixi ,
Geometrarum , imo ista ex-
peditissima est , & certissima
clarissimaque syllogistica.
Igitur , &c.

Et¹ hinc meo quidem ju-
dicio facile patet minime
esse reprehendendum (qua-
muis in eum totum videatur
obiurgatio prædicta dirigi)
modum argumentandi , quo
égo sum usus disponens ini-
tio sex propositiones , quasi
postulata totidem ; & mox
propositionem septimā sub-
jungens , quam ex eis elicui ,

*Ex quo
et purga-
tur argu-
mentandi
modus
meus per
7 proposi-
tiones.*

420 DE VSV LICITO

⁹ Diffi-
cultas.

velut in eis contentam; hæc enim eatenus eo certior est, quo non arbitraria est, ut objicitur, seu non pro meo mero arbitratu elicita; sed elicita est cum necessitate sequelæ; quamuis alioqui sicut subtiliter (quod non nego) ita solide: aut si quis è contra, vitium esse contendat in ea sequela; ostendat vitium; & sic ei licebit rationem illam vocare sophisticam. Sed nondum vi-di qui ostenderit.

112. Quarto, quod incusant quasi rationes aliunde sumperim, quam ex Patrum, aut summorum Pontificum &c. doctrina. ^m Resp. I, in moralibus perinde ac in re-liquis

^m Ratio-
nes autor
sumplic

liquis, Theologicis receptis-
fimas esse rationes legitime
ductas ex propriis non solum
fide, verum etiam naturali-
ter notis principiis : & ego
quidem non nisi tales adhi-
bui, cum hactenus princi-
pia non usurpaverim, nisi
moralia naturalis ductu ra-
tionis legitime nota ; prout
inspicienti patebit. Resp. 2.
adhibitas à me fuisse ratio-
nes etiam sumptas à doctri-
na Patrum, & summorum
Pontificum : nisi quis D.
Thomam è numero sancto-
rum Patrum, & Innocen-
tium 3 è numero summo-
rum Pontificum velit ex-
pungere. Neque defunt etiā
suis locis relata idonea scrip-

7 Diff.
cultas.

morales
& ex do-
ctrina Pa-
trum, sum-
morum
Pontifice.
& script.

⁹ Diffi-
cultas.

422 DE VS V LICITO
turæ sacræ testimonia ; ut
& sacrorum Canonum , &
Canonistarum , &c. Conci-
liorum , fateor , non adhi-
bui ; sed nunquid sufficiunt
cætera , quæ adhibui ? quis
enim teneatur , præsertim
studens brevitati , omnia &
omnis generis comportare
suæ causæ præsidia ; dum-
modo comportet , prout
ego comportavi , quæ abun-
de sufficiant ? Ac insuper ac-
curate , ego , ut puto , & ef-
ficaciter sol vi omnia quæ in
cōtrarium vel actualiter ob-
iici , velobiici posse agnovi .

ⁿ Quan-
ta vis ar-
gumenta-
tionis per
7 prop.

Denique ⁿ opto ut pen-
set cordatus quisque , ac sen-
tire judicet , quanta sit &
censi debat vis rationis


ex principiis moralibus re-
ceptissimis clare ac sine am-
bagibus (ut est illa mea sep-
tem comprehensa proposi-
tionibus) deductæ , simul
que habentis adjunctam si-
bi fidem autoritatis D. Tho-
mæ , ac sacrorum Canonum
&c. & insuper stantis invicte
post superatas, hoc est, solu-
tas debite objectiones. At-
que his bene attentis, est , ut
puto , satisfactum omnino
præsenti objurgationi.

Cæterum o ignoscet , le-
ctor , si quid præfidentiæ ti-
bi forsitan visum fuerit inef-
fe stylo isti meo præter con-
suetudinem , vt cunque in
speciem fortiori. Non po-
tui , fateor , lucem dissimu-

*Exca-
satio au-
toris.*

N n ij

424 DE VSU LICITO
Diffi-
cultas. lare , quam cerno vel cerne-
re mihi videor in ista , quam
exposui de vsu licito pecu-
niæ sententia : p^r quamuis
p Et sub-
missio ad
eclasiam. eam tamen ingenue , sicut
me ipsum , omniaque mea
senfa volo subdita judicio sa-
pientum , ac præsertim san-
ctæ matris Ecclesiæ , quæ
est firmamentum , & colum-
na veritatis .



DECIMA DIFFICULTAS.

*Quod objectiones initio re-
censitæ ac solutæ , factæ fue-
rint ab ipso dissertationis
autore .*

113

q Obiectio
contra ob-
jectiones.

Non levis q^r hæc uisa
nest difficultas , quod

ego ipse objectiones , quas
in superioribus proposui ,
concinnaverim ad placitum
hoc & illo modo , quo solu-
tionem agnoscebam habitu-
ras faciliorem ; imo alias dis-
simulaverim , quarum solu-
tio futura fuisset non ita fa-
ciliis : ideoque sim reprehendendus ; & solutiones ipsæ
à me datæ , sint eatenus ha-
bendæ velut nullius mo-
menti.

Resp. in primis^r debue-
runt illi , qui sic reprehendunt , afferre nunc ; hoc est
post vias eas obiectiones ,
meliorem aliquam aliam in-
solubilem , aut solutionis dif-
ficillimæ ; sic namque osten-
derent , me vel nescisse vel

⁶ Diffi-
cultas . . .

^r Sed qua-
renon af-
ferent ip-
si meliorē
obiect.

N n iij

426 DE VS V LICITO

³⁰ Diffi-
cultas.

dissimulasse , ac non bona
fide egisse : nondum tamen
vidi , qui tales attulerit.

³ D. Tho-
me con-
cinnator
ipse fuit
sharum.

Deinde etiam cogitare po-
tuerunt illi , ipsum quoque
D. Thomam (ut & solent
autores omnes) concinna-
torem fuisse eorum , quæ
singulos articulis per omnia
sua opera sibi obiicit ; nec
ea sumpsisse concinnata ab
aliis autoribus : unde enim
id illi probarent ? Non est
igitur ex eo præcise capite
contra me locus reprehen-
sioni . Et aliunde si quis ani-
mo libero perpendat obie-
ctiones quas ego in superio-
ribus solvendas mihi propo-
sui : facile agnoscat rem à
me ita syncere confessam ;

^t Bona fi-
de in his
egit au-
tor.

ut nihil omiserim eorum ,
 quæ possent vtcunque face-
 re ad augendam & acriter
 insinuandam difficultatem ;
 sicut meæ semper fuit con-
 suetudins : & faterer vltro
 esse me obnoxium repre-
 hensioni , si quid hujusmodi
 nunc omissem. Sed nemo
 hactenus (quod sciam) of-
 tendit vel fuisse à me tale
 quippiam omissum ; vel so-
 lutiones fuisse minus ido-
 neas ad ea quæ quoad vim
 difficultatis expresseram. De-
 nique " in istis ipsis difficultatibus quas
 ab aliis oppositas amici , ut
 num. 65 dixi , mihi retule-
 runt ; quas & solide , ut pu-
 to , non minus , quam facile

^u Quid
 ad alias
 fuisset ,
 cognosci ?
 potest ex
 resp. ad
 ad istas ,
 quæ iam
 fuerant
 præoccu-

N n iiiij

7. Diffi- solvi; agnosci poterit fuisse
cultas. eas perinde solvendas à me
para, & nihil de tunc ingenue, sicuti nunc, si
novo hic dicum. adfuisse qui tunc vel prius
ita proposuisset: idque eo
magis agnosci poterit quo
(si quis bene advertat)
fuerunt obiectiones istæ ip-
sæ à me tunc omnes præoc-
cupatae: quidquid enim hic
explicatus, & fisius dixi
ad solutionem; dixeram
tunc pressius quidem, & in
summa, sed dixeram tamen
in substantia, quod ad rei
sufficiebat veritatem. Addo,
satisfactum, ut puto, esse
nunc difficultati huic deci-
mæ, simulque præcisam om-
nem inde sumptam repre-
hendendi materiam.

VNDECIMA DIFFICULTAS

*De pecunia per commissionem
ad negotiandum accepta,
& mox tatem data in do-
tem filiae: & de viro prin-
cipe sortiente nomen com-
missi respectu hominis cu-
iusdam de plebe.*

114

SVnt qui ex me ipso^x su-
mant quo sententiam
contractus commissionis re-
prehendant: ex eo enim
quod aliquoties ut num. 17,
& 24, indicavi modum in-
ter alios istum, quo minister
pecuniam acceptam tutari
posset à periculo amissionis,

^x Obiic.
ex meis
dictis cō-
tractum
commiss.
esse inva-
lidum.

430 DE VS V LICITO
nimirum si eam v. g. daret
in dotem filiae : obiciunt
acriter sic. Contractus com-
missionis est ut minister per
pecuniam acceptam nego-
tietur pro committente. At
qui dare pecuniam in dotem
filiæ non est negotiari. Er-
go minister , ipseque , si in
id consentiat , committens
dans eam pecuniam in do-
tem filiae commissi , facit
contra contractum commis-
sionis ; ergo hic eo casu est
nullus , neque dat ius ad re-
cipiendum aliquid supra for-
tem. Et similiter eadem ra-
tione erit nullus , si cum co-
ineatur qui v. g. acceptam
pecuniam in ludo aut volup-
tatibus insumet. Addunt

verò insuper alii , rem esse
inauditam & contra sensum
communem , ut v. g. vir &
magistratus in civitate aut
regno primarius , aut aliis
nobilis , vel etiam Princeps
acciopiens meam pecuniam
dicatur meus , qui sum ho-
mo nihili , commissus & mi-
nister & servus , &c. Er-
go , &c.

¹¹ Diffi-
cultas.

^{v 1} Resp.

Resp. I. rem esse , mihi
cum huiusmodi commisso ,
qualem ego censeo & judi-
cio esse virum probum ; nec
oppositum infertur ex natu-
ra contractus cum eo initi:
hoc autem ita posito , ego
non teneor scrutari genus
negotiationis quod ille insti-
tuet , nec materiam circa

432 DE VSV LICITO

11 Diff. quam instituet, nec modum
cultas. quo instituet; quis enim, &
quo iure ad id me obstrinxit?

12 Resp. id quod^r ego ci-
tatis in objectione locis dixi
de pecunia, commisso ad
negotiandum à me tradita,
& mox ab eodem data in
dotem filiæ; ideo dixi, quia
tunc difficultas esse videba-
tur de periculo ne commis-
sus amitteret commissam pe-
cuniam; & ego attuli mo-
dum, quo eam tutaretur ab
eo periculo; non quod sua-
serim, aut aliter autor ipsi
fuerim, ut eam daret in do-
tem, &c.

13 Resp. commissus qui
pecuniam istam dat in do-
tem filiæ, non solum eam
hoc

hoc modo tutatur à pericu-
lo amissionis , quod ego tan-
tum insinuabam ; sed etiam
eodem modo , & eadem
opera negotiatur optime ac
sapientissime. Cum enim
ille dotem filiæ datus non
habeat ex hypothesi , præ-
sentem numeratam ad id ne-
cessariam pecuniam ; neque
velit (nimirum ob splendo-
rem familiæ , aut aliud genus
commodi) latifundia sua , &
prædia dividere , aut officium
magistratus dimittere , &c. id
ei solum superest subsidii ,
ut commissionis , aut simi-
lis contractus titulo , tantum
accipiat pecuniæ , quantum
sufficiat iuxta leges , ad red-
ditum faciendum annum ,

O o

quem filiæ vult constituere.

Id vero dum ita præstat , si-
ne dubio iuxta suum inten-
tum res suas facit meliores
mediante mea pecunia , sine
qua non ita faceret meliores.

At facere suas mediante pe-
cunia (& haud dubie non
sine industria) res meliores,
est negotiari ex dictis num.

6. Ergo is revera hoc modo
negotiatur pro se quidem ;
ut patet , pro me vero juxta
initum commissionis contra-
ctum . Ex his porro quæ sic
respondiruit vis tota obje-
ctionis quoad primam par-
tem : & saltē quod attinet
ad commissum ludis aut vo-
luptatibus deditum , sufficit
prima responsio .

Resp. nunc^b ad 2 partem.

¹¹ Diff.
cultas.

Quisquis meam sumit pecuniam facturus ea mediante res suas meliores (alioqui enim eam non sumeret) constituitur eo ipso meus debitor ; quid vero magnum vel mirum est , si dum sciens ac volens constituit se meū debitorem , simul etiam sciens & volens constituat se meum in eo genere commissum ?

^b Resp.
ad 2 Par-
te object.



DODECIMA DIFFICULTAS

*De similitudine mutui quæ
videtur aliquibus contine-
ri in commissione.*

115

c Sumi-
tur diffic.
à mutui
similitu-
dine.

Obliererunt plurimi, & quidem acriter, ex eo capite quod est *mutui similitudo*, contra eum quem ha-
cenus defendi contractum commissionis, & in hunc modum dicebant. In doctrina D. Thomæ, superabun-
dantia omnis quæ non tan-
tum ex mutuo suscipitur;
sed etiam quæ est ex mutui
similitudine, est usuraria.

Atqui commissio est mutui similitudo, seu continet mutui similitudinem. Ergo superabundantia ex commissione est in doctrina d. Thomæ usuraria: de majori non est dubium; extant enim textus ad hoc innumeri. Probatur minor; nam in opusc. 73 cap. II, ipso initio dicitur incidere usuram in commissione numismatum, ob duas rationes, quarum prima est hæc, *Quia nihil videtur differre secundum naturam rei, committere pecuniam bonæ fidei alterius,* & mutuare eandem: Sed qui dat mutuo pecuniam propter lucrum aliquod; etiam si periculum propriæ sortis super se

O o iij

^{12 Diffi-}
^{cultas.} accipiat, usuræ vitium com-
mittit, ut habetur extra eo-
dem capitulo naviganti. Qua-
re similiter qui committit pe-
cuniam suam bonæ fidei alte-
rius spe lucri, usuram com-
mittit.

^{d Resp.}
^{minoris}
^{nem esse}
^{non ex D.}
^{Th. sed}
^{ex aliis.} Argumentum^d if-
probatio-
tud, quod ad minoris pro-
bationem est; à D. Thoma
refferri (ut & cœperam di-
cere num. 3) non ex propria
mente, sed ex mente eorum
de quibus immediate ante
dixit, Videtur quibusdam
usuræ vitium incidere. Vn-
de miror quî fiat ut viri ocul-
ati objectionem sumant pro
solutione D. Thomæ. Et
revera D. Thom. quæstio-
nem illam solvens addit sta-

tim ex propriamente distin-
guendo, & ait sic. *Ad hoc*
mihi videtur dicendum quod
aut commissio fit pecuniae ita
quod transfertur dominium
in toto vel in parte rei com-
missae in potestatem eius cui
comittitur. Aut ita fit commis-
sio quod non transeat domi-
nium; sed remanet tota res
comissa in dominio commit-
tentis. Primo modo est vitium
usuræ... Et in hoc assimilatur
mutuo, ut ratio prima appro-
bat. Sed secundo modo potest
sperari lucrum sine vitio usu-
ræ, quia tunc est commissa pe-
cunia, vel res alia sicut serva
& ministro, qui de re domini
negotiantur ad utilitatem do-
mini sui, &c. ut retuli cita-

~~in Diff.~~ to num. 3.
~~cultas.~~

Ista certe sufficiunt abunde ex clarissima doctrina D. Thomæ, ut propositæ difficultati satisfiat: solum addi potest ad formam solutionis, concessa majori distinguendo minorem, sicut eam D. ipse Thomas distinxit. Ac ne iterum fiat æquivocatio quoad mutui similitudinem; ^{a mutui similitudine in quo} ^{reflexa ex D. Th.} advertat Lector similitudinem illam in hoc à D. Thoma poni, quod licet mutuum quide[m] ab illa prioris modi commissione differat, quatenus hæc pecuniam fidei alienæ committit spe lucri; mutuum vero, dum alienæ fidei rem committit, spem omnem lucri exclu-

dat ; eo quod fiat omnino gratis. In hoc tamen assimilatur , quod sicuti mutuum ita illa commissio dominium transfert. Ait enim D. Th.

Et in hoc assimilatur mutuo,
ut ratio prima approbat; nem-
pe illa ratio quæ ad minoris
probationem allata fuit.

Longe igitur abest , ^f ut commissio ista quam ex D. Thoma ego sumpsi , & explicui ; nempe commissio secundi generis assimiletur mutuo , cum , ut ex toties dictis constare potest , hæc pecuniæ commissæ dominium nullomodo transferat , sed vero totum retineat. Hinc autem res clara est non modo nullam in expli-

¹² Diffi-
cultas.

f Commissio nostra
 nullam
 habet nisi
 cui simili-
 tudinem;
 ergo nec
 usuram
 ex D. Th.

442 DE VSU LICITO
cato hactenus commissæ pecuniae contractu contineri mutui rationem veram ; sed nec mutui similitudinem ullam. Vnde & ulterius in D. Thomæ doctrina certissime infertur nullam in eodem contractu usuram contineri : utpote cum ex eius doctrina , tum ut retuli num. 54, & 83, tum , ut statim referam , usura ibi non sit , ubi nec mutuum nec mutui similitudo est : siquidem ille 2 2 q. 78 art. 1 in corp. usuram definit *pecunia mutuata pretium* ; dicit enim sic , secundum se illicitum est pro usu pecunia mutuata accipere pretium , quod dicitur usura. Hæc s̄ omnia (ut

num. 112 dixi) subdo li-
bens iudicio sanctæ Matris
Ecclesiæ.

^{5. Matri-}
^{ris litera-}
^{et submis-}
^{sio.}

D. *Lans Deo Virginique
Deipare.*

Hec e' omnis (A)

* * * * *

Errata Typographica.

PAg. 13, lin. 17 & cui, ei cui.
33, 4 offitij, officij 40, 6 ducen-
da, deducenda. 117, 12 at, aut.
120, 6 tunc, tunc non, 136, 8
conducto, conducta. 157, 5 simul,
sicut. 160, 13 leuit, vel lit. 169 6,
15, is. 211, 4 ex hoc, ex hac. 225,
17 panum, pannum. 252, 1 concessus,
concessis. 276, 3 negat, neget. 279,
1 benefico, beneficio. 289, 7 vtque,
atque. 300, 17 literula, literula c.
340, 16 at, ac. 354, 4 capital, capi-
talis. 364, 6 per, per sc. 371, 4
art. art. 2. 400, 15 quo, quod.

